to. Et pater tuus q̄ videt in
abſcōdito reddet tibi mer-
cedem eterne retributionis
Et ſic ptꝫ euāgeliū. Quo ad thema
Mercedē habebitis ꝛc. Nota q̄ q̄t-
tuor gnā hoīuꝫ mercedē apud prēꝫ
habebūt. Primi ſūt mūdū reliquē-
tes. Scđi ſūt penitētes. Tertij ſunt
elemoſynaꝫ ordīate dātes. Quarti
ſūt bn̄ ieiunātes. Primi ſūt mū-
dū relinquētes. De mercede illoruꝫ
ait dñs. Luc. vj. Gaudete et exul-
tate. ecce eni merces veſtra multa ē ī
celis. Mūdū relinq̄re docet nos na-
tura. Quia illud ē naturale in hoiē
q̄ fugit illud qđ pt ſibi nocē. Nam
parua aīalia fugiūt res nociuas vt
ptꝫ de apib⁹ q̄ magnā eſuriē ſuſtine-
rent anq̄ꝫ cibū eis nociuū ſumerent
Ita ꝛ nos debem⁹ facē. q2 mūd⁹ no-
cet aīe. q2 eā ſuis ꝯcupiſcētijs malis
interficit. Vñ. j. Joh. ij. Mundus
trāſit ꝛ ꝯcupiſcētia ei⁹. Et aſſimilat
pāthere. q2 vt dic̄ Iſidor⁹. Pāthe-
ra ē aīal valde pulcrū ī colore. ꝛ dul-
ce ī odore. Sꝫ ē aīal venenoſū inte-
rius. ꝛ ꝓpter ſuū colorē ꝛ bonū odo-
rem ſequūt eū aīalia. ſꝫ tñ ſuo vene-
no īterficit ea. Ita mūd⁹ ē pulcrior ī
aſpectu. vt videmus q̄ mundani ſe
veſtiūt ad aſpectuꝫ hoīs q̄ꝫtūcunq̄ꝫ
poſſūt ſe ornāt. ſꝫ multi occidūt ī aīa.
Ideo ait dñs dicēs mūdū relinquē-
tibus. Joh. xv. Vos de mūdo non
eſtis. ideo odit vos mūd⁹ Itē docēt
nos mūdū relinq̄re exēplo nō ſoluꝫ
ſuo. vel ī apl'is. ſed etiā in paganis.
Vñ legim⁹ de q̄dā philoſopho. vi-
delicet. dyogene q̄ ſedebat ī ſcholis
Athenis. ꝛ ſemꝑ cogitauit de mūda-
nis ꝓpt hoc. q2 ī pecunijs abūdauit. et
ideo ſciētia natural' ītrare ī ipſū nō
poterat. q̄ꝓpropter ſurrexit. ꝛ oēm pe-
cuniā ī plateis ſtrauit ꝛ clamauit. di-
cens: Noui q̄ ſcientia ꝛ pecunia ſi-
mul ſtare nō poſſūt. Et ali⁹ magnā
pecuniā piecit ī mare. dicēs: Meli⁹
ē q̄ mergā te. q̄ꝫ mergar a te. Si eni
hoc fecit pagan⁹: quanto magis bonus
chriſtian⁹ dꝫ ſpernere mūdū cū ſuis
ꝯcupiſcētijs q̄ ſūt. auaricia. gula. lu-
xuria ꝛc. q̄ ſūt idoloꝝ ſeruit⁹. Sed
habem⁹ mercedē apud patrē. ut ait
Aug⁹. Si q̄s mūdum reliq̄rit ꝛ deo
ſeruierit. cū adhuc oculi ſplendent vt
carbūculi. et crines ſūt gilui. i. gel. et
gene rubeſcunt. ꝛ ſtatura ē erecta. et
mūd⁹ viget. ꝛ fortitudo regnat Cer-
te talis mercedē Johis baptiſte expe-
ctat. Scđi q̄ mercedē habēt apud
prēꝫ ſūt penitentes. Vnde ait dñs
Mat. iij. Penitentiam agite. ecce
appropinquat regnū celoꝝ. ꝓpt me-
ritū pnie. Depīgebāt romani ima-
ginē penitētie ad modum militis ar-
mati. ī cui⁹ galea ſcriptū fuit. teneo
aureis l'ris. et anchora ſuꝑ galeā. in
lorica militis porta apta. et ſcptū iux-
ta intromitto. In clypeo quem tenebat

in mãu ſiniſtra. crux chriſti alta. In
dextera manu vexillũ de quattuor
coloribꝰ. videlꝫ rubeo. albo. nigro.
viridi. ⁊ ſuꝑ imaginẽ ſcribebat. hẽ
penitẽtia vera. Ad ꝓpoſitũ. iſte mi-
les ſignificat penitẽtiã. qꝛ penitens
multas hꝫ tẽptatiões. Vñ Job. vij
Militia ẽ vita hoĩs ſuꝑ terram. In
cuiꝰ galea anchora. q̄ tenet nauim ĩ
tẽpeſtate. Ita penitẽtia tenet hoĩeꝫ
ĩ tpe mortꝭ ne ſubmergat ĩ infernuꝫ.
Item in lorica porta apta depicta.
qꝛ penitẽtia ſm Augꝰ. ẽ ſc̄da porta
poſt naufragiũ. Item ĩ ſcuto vel in
clypeo crux alta. qꝛ ꝑ crucẽ penitẽ-
tia ſignificat. Vñ ait chriſtꝰ Luc.
xiiij. Qui ñ accipit crucẽ penitẽtie.
⁊ ſeq̄t me. nõ ẽ me dignꝰ. In dextera
manu vexillũ in quadruplici colore
rubeo. q̇ ſignificat charitatẽ. albo q̇
ſignificat caſtitatẽ. viridi q̇ ſignifi-
cat ſpũalẽ hilaritatẽ. nigro q̇ ſignifi
cat humilitatẽ. Vera penitẽtia dꝫ
hr̃e ſpem eterne mercedis. Vñ ait
q̇dã ſcũs. Veni dñe da mercedẽ ſu-
ſtinẽtibꝫ te. vt ꝓphe tui fideles ĩueni
ant. q̇ penitẽtiaꝫ p̄dicabãt. Tertij
q̇ mercedẽ habebũt apud prẽm ſũt.
videlꝫ elemoſynã ordinate dantes
Nã q̇ dãt elemoſynaꝫ pauꝑibꝫ ꝓpt̄
deũ. cẽtuplũ accipiẽt. et vitã eternã
poſſidebũt. Vñ videmꝰ ĩ naturali-
bus. qñ aliq̇ mercatores exiſtẽtes in
aliena patria vbi pecuniam nõ pñt
ſecũ ducẽ. ⁊ portare querunt cãpſo-
res. id ẽ. weſſeler. ⁊ dant illis ut reci
piant ĩ patria ſua. Ita ſpũalit̃ nos
ſumꝰ in hͦ mũdo vbi nihil poſſumꝰ
deportare nobiſcũ tpe mortꝭ. Ideo
debemus pauꝑibꝫ dare in hͦ mũdo
vt centuplũ accipiamꝰ. qꝛ pauperũ
eſt regnũ celoꝝ. Huiꝰ legimꝰ figurã
Tob. p̊. Tobias enim cũ diues fue-
rat dedit cuidã viro iuſto decẽ ta-
lẽta. ⁊ ꝯceſſit ei ſine oĩ vſura. ⁊ acce-
pit ab eo ſignũ. tpe vero neceſſitatꝭ
miſit filiũ ſuũ cũ ſigno q̇ reportauit
pecuniã. ⁊ in cẽtuplo vltra. et ange-
lico ducatu reuſus ẽ ad patrẽ cũ le-
ticia. Ita moraliter. hoc tpe abun-
dare debet hõ et cõpati. ⁊ dare ele-
moſynaꝫ ſub ſpe retributiõis eterne
⁊ cũ talis q̇ dat elemoſynaꝫ emittit
aĩaꝫ. ducitur ducatu angeloꝝ ad re
ctam terrã viuentiũ. vbi in cẽtuplo
magis accipiet. qꝫ dedit. et cum glo
ria eterna erit heres dei. Et cũ chri-
ſtus veniet. in dei iudicio corpꝰ exce
catuꝫ dormiẽs in tenebris illumina
bit clarificãdo. Vñ Augꝰ ĩ quadã
epiſtola dicit ſic. Si vis eſſe merca-
tor optimꝰ. fenerator egregius. des
qđ non potes tecum ferre. vt recipi-
as mercedem quã nunq̄ꝫ potes amit
tere. da modicũ. vt recipias magnũ
da tẽporalia. vt accipias eterna. et
ſic ptꝫ tertiũ. Quarti q̇ mercedem
habẽt apud patrẽ. ſũt bene ieiunã-
tes. Nã aliqui ieiunãt. qui tamen a
deo mercedẽ nõ accipiũt Unde ait
Ber. ſuꝑ Johel. j. Ieiuniũ hͦ nõ ele-
gi. hominem. affligere animam ſu-
am. et viuere in peccatis mortalibꝫ.
Sed ille qui bene vult ieiunare de-
bet vincula peccatorum ꝑ confeſſio-
nem primo ſoluere vt dicit ibidem.
Solue colligationes colli tui. Iteꝫ
dꝫ cum cordis tranq̇llitate ieiunare
vt cũ nullo habeat diſcordiam vel
inuidiã. Itẽ debet cũ cordis mundi
cia. Qui vt dr̃ iacobi. iij. Nũq̇d pt̄
de vno foramine exire dulcis aq̄ et

amara qñ miſcetur aqua amara cũ
dulci. Jta peccatũ non debet ſtare
cũ ieiunio ne miſceatur. Jtẽ ieiuniũ
debet eſſe cũ bona ĩtentione· ne fiat
ad laudem humanã ſicut hypocrite
Quando igitᷣ ſic fit· tunc ira dei pla
catur et delet omne peccatũ · vt pa/
tet Jone. iij. Vnde legimus Ciui/
tas niniue magna erat ⁊ cũ ſuis pec
catis offendebat deum· ꝓpterea vo
luit eã deus ſubuertere· Dixit itaqꝫ
deus ad Jonã ꝓphetã: Vade in ci
uitatẽ niniue et ꝑdica in ea: Adhuc
quadraginta dies· ⁊ niniue ſubuer/
tetur: qđ ꝓpheta fecit· clamauitqꝫ ꝑ
totã ciuitatẽ in omnibꝰ capitibꝰ ciui
tatis: Adhuc. xl. dies et niniue ſub/
uertetur dicit dñs omnipotens. Et
clamor talis venit ad aures regis · ⁊
rex ſurrexit de ſolio glorie ſue et ſci/
dit veſtimenta ſua· ⁊ indutꝰ ẽ ſacco·
⁊ ſparſit ſe cinere ſuper caput ſuũ· et
precepit omni populo ſuo ieiunare
et iumẽta ⁊ boues ieiunabant· quia
nõ paſcebãtᷣ· ſed in ſtabulis reſerua
bantur· ⁊ pueri in cunabulis. Et ſic
clamor puerorũ et iumẽtoꝝ quibus
ſubtrahebantᷣ cibaria venit ad dñz
oĩpotentẽ· ⁊ miſertus ẽ eis ꝓpter ieiu
niũ. Jta ⁊ nos ſi puro corde ieiuna/
mus· ⁊ viã noſtrã malã relinquamꝰ
miſerebitᷣ dñs noſtri · et delebit oẽs
iniqtates noſtras· ⁊ deponat iram ĩ
miſericordiam. Et ergo qᵒ ad thema
apud deũ habebũt mercedẽ · hi qt/
tuor ſupra dicti· videlʒ penitentes·
elemoſynã dãtes· mũduʒ relinquẽ/
tes· ⁊ debite ieiunãtes.

Dñica prima qdrageſime. Sermo. xvij.

Ductꝰ eſt ie/
ſus in deſertuʒ a ſpiritu vt
tẽptaretur a diabolo Math. iiij.
Nota ſicut videmus qñ aliq̃ ciui/
tas q̃ eſt libera· fuerit a malo tyran
no obſeſſa· tunc melius ẽ hominibꝫ
illius ciuitatis mori honorifice ĩ bel/
lo· qꝫ ſe tradere in ſeruitutẽ tyrãnice
ꝑuitatꝫ. Jta ſpiritualitᷣ· ciuitas dei
libera· ẽ hõ chriſtianꝰ. ut ait apl's ad
Gal. iiij. Qua libertate chriſtꝰ nos
liberauit. Sʒ tyrannꝰ diabolꝰ obſi/
det eaʒ diuerſis tẽptationibꝫ qbus
debemꝰ viriliᷣ reſiſtere· vt ait Ber/
nardꝰ. Ciuitas nr̃a ĩ terra inimicoꝝ
ẽ· ⁊ muri eiꝰ de tra· i· corpꝰ circa aĩaʒ
vndiqꝫ impugnatᷣ. Naʒ inferiꝰ im/
pugnat cõcupiſcẽtia carnis· ꝯ iſtam
vigilat abſtinentia. Superiꝰ impu/
gnat timor iudicij extremi· ꝯ iſtũ vi/
gilat frequẽs confeſſio. Ante impu/
gnatᷣ vanitas mundi · contra iſtã vi
gilat mortis memoria. Debemꝰ igitᷣ
tẽptationibꝰ diaboli viriliᷣ reſiſtere
Et hᵒ oñditᷣ nobis in euangelio.

Ductus eſt Jeſus in de
ſertũ ꝑ ſpiritum ſanctũ
poſtqꝫ fuit a Johanne ba/
ptiſatus vt tẽptaretur a di/
abolo. Naʒ ieiunauit. xl. di
ebus ⁊ xl. noctibus· in quo
oſtendit diuinam naturam
Poſtea enim eſuriuit. Tunc
affuit diabolus tẽptator· et
dixit ei: Si filius dei es: dic
vt lapides iſti panes fiãt· et
comede. Reſpondit Jeſus:
Scriptũ ẽ enim: Nõ ĩ ſolo
pane viuit hõ · ſʒ etiã in ver/
bo qđ ꝓcedit de ore dei · qꝛ

ſicut corp⁹ confortat͛ a pane naturali · ita anima a pane ſpūali. Tunc aſſumpſit euz diabol⁹ in ſanctā ciuitatē et ſtatuit eū ſup pinnaculū tē-pli. Iſtud pinnaculuz dicebat͛ loc⁹ doctorū i ſupremo tēpli tanq̄ȝ deambulatoriū Et dixit ei: Si filius dei es mitte te deorſū. Scriptuz ē enī. Angel͛ ſuis mādauit d͛ te. vt cuſtodiāt te i oīb⁹ vijs tuis Rn̄dit Ieſ⁹: Scriptū ē Nō tēptabis dn̄m deū tuū Tunc iterum aſſumpſit euz diabolus et duxit eū i montem excelſū valde · et oſtēdit illi oīa regna mundi et gloriam eoruz · ⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo ſi ꝓcidens adoraueris me. Tunc dixit illi Ieſus: Uade ſathanas. Scriptū eſt enī: dn̄m deum tuū adorabis · ⁊ illi ſoli ſeruies. Tūc reliquit eū diabolus · ⁊ ecce āgeli acceſſerūt ⁊ miniſtrabāt ei. In hoc euangelio ꝑmo q̄ritur q̄re chriſt⁹ voluit ieiunare .xl. dieb⁹ ⁊ .xl. noctib⁹. Reſpondent doctores · qꝛ ſicut moyſes ante multa tēpora incarnationis ieiunauit .xl. diebus ⁊ .xl. noctibus in deſerto in mōte ſinai · vbi dominus dedit ſibi legē. Ita chriſtus · qꝛ legē euangelicā voluit nobis dare vt ſic antiquam et nouam faceret vnam. Quare voluit temptari a diabolo Reſpōdēt doctores · qꝛ primi parētes videlicet adam et eua fuerūt tēptati in paradiſo · ⁊ victi ꝑ tria vitia videlicet ꝑ gulam · qꝛ pomum comederunt · ꝑ ſuꝑbiaȝ · quia eritis ſicut dij · per auariciam · ſcientes bonū et malū. Et in his cōſenſerūt diabolo et ideo expulſi ſunt de paradiſo terreſtri ⁊ celeſti. Sed chriſtus deus et homo voluit tribus vitijs temptari ab eo · ſed ſuꝑare. Unde temptauit eum de gula dicēs: Dic vt lapides iſti panes fiant · De ſuꝑbia. Mitte te deorſum de pinnaculo templi · et ſi nō leſeris te · ab omnib⁹ laudaberis De auaricia. Omnia regna mundi videlȝ ibi arabia · ibi iudea · ibi frācia · ibi india · ibi italia · oīa tibi dabo vt ſis dn̄s eorū. Sed in omnib⁹ his vicit diabolū · vt daret nob exemplū diabolo reſiſtēdi. Ergo quo ad thema. Ductus eſt Ieſus in deſertū. Per deſertū nota penitētiā veraȝ: ⁊ hoc ꝓpter quattuor cauſas Primo filij iſrael in iſto deſerto ambulabāt ꝑ duodecim vias. Secūdo in iſto deſerto fuerūt a ſerpētibus īuaſtati. Tertio i iſto deſerto fuerūt aqua recreati. Quarto in iſto deſerto fuerūt pane celico cibati vel refecti. Primo dico ſic qꝫ penitentia vera cōparat͛ deſerto · qꝛ moyſes duxit eos d͛ egypto ꝑ duodecī vias. vt ptȝ ī figura Exo .xiiij. Ubi legim⁹ et dicit magiſter i ſcholaſtica hiſtoria: Qn̄ moyſes venit cū filijs iſrael d͛ egypto ante mare rubrum · diuiſit mare cū virga in duodecim vias q̄s filij iſrael ambulabāt et cū Pharao ſeq̄ret͛ eos volens reducere eos · demerſus ē ī mari · ⁊ filij iſrl͛ ī litore ſtabāt · et iſtū pſalmū cantabāt: Cantemus dn̄o glorioſe · qꝛ equū et aſcēſorē ꝓiecit in mare. Ita ſpiritualiter · Chriſtus per diuinaȝ

inſpirationem educit peccatores de egypto· id ē· d̄ ſtatu peccatoꝝ diuidens mare pœnitētie ī duodecim vias· cū virga ſancte crucis· ⁊ iſtas vias oportet nos ambulare in deſertū pœnitētie vt valeamus puenire ī terram promiſſionis eterne. Prima via ē ꝯtritio· et ſic amara ut recogites ī amaritudine aīe tue omne tempus vite· omnes dies· omnes ānos quos inutiliter expēdiſti. Unde ait ps̄. Recogitabo tibi omnes annos meos ī amaritudine aīe mee. Item Eſaias. Velut mare contritio tua. Cū enī habes ꝯtritionē amarā· tūc pmam viā ambulaſti. Scd̄a via ꝙ ꝯtritio tua ſit vniūſal' ut cognoſcas te magnuz peccatorē· ſic dauid q̄ nō peccauit niſi vnū pctm̄ magnū in q̄ deū offendit cum dixit: peccaui ſup arenaz maris· ⁊ pctā mea plura ſūt q̄ȝ multitudo ſtellaꝝ· ⁊ ſic habes duas vias. Tertia via eſt ꝙ ꝯtritio cordis tui ſit ſingularis· et de q̄libet peccato ī ſpeciali habeas ꝯtritionē. Vn̄ dauid. Lauabo per ſingulas noctes lectū meū· i· ꝯſciētiā meā ⁊ lachrymis rigabo. Quarta via ꝯtritionis dȝ eſſe ꝯtinua. Unde ait Aug⁹. Quotiēs recordaris de pctō ppetrato· nō habeas delectationē· ſ3 ꝯtritionē. Item ꝯfeſſio hȝ q̄ttuor vias. Prima via cōfeſſionis ē dolorosa· ꝙ nō vadas cū riſu ⁊ ioco ad cōfeſſionem. Vn̄ Aug⁹. O dn̄e da mihi illā grām vt ī me inueniaȝ ⁊ cū dolore ꝯfitear qd̄ ī me vulneratum ē. Scd̄a via confeſſionis ē ꝙ ſit feſtina. Vn̄ Eccl. v. Ne tardas ꝯuerti ad dn̄z· ⁊ ne differas d̄ die ī diē· vt nō inducas peccare ī ꝯſuetudinem. Tertia via ꝯfeſſionis ē ꝙ ꝯfeſſio ſit ītegra· ⁊ nō diuidas vnaȝ ptem ꝯfitēdo vni ſacerdoti vel ꝯfeſſori· ⁊ aliā ptē alteri. Vn̄ Thren. ij. Surge mane et effūde ſicͨ aquaȝ cor tuū. Sicͨ qn̄ aq̄ effūdit· tūc vas non retinet saporē vel colorē. Sic cor nō dȝ retinere delectationeȝ nec rancorē. Quarta via ꝯfeſſionis ē ꝙ ꝯfeſſio ſit verecūda· vt cū verecūdia loquaris· vt ſacerdos ſciat ⁊ ītelligat tuā intentionē vt nō pallies: ſicut multi ſunt q̄ nō audent dicere ꝓpter verecundiā. Vn̄ in ps̄. Verecūdia ꝯ̄ me ē ſemp. Quicq̄d homo ꝓpter verecūdiā retinet· h' ſcribit diabol⁹ ſtilo ferreo ī fronte ⁊ in pectore ipſi⁹· et vnuſquiſq3 leget illud in iudicio. Item ſatiſfactio hȝ q̄ttuor vias. Prima via ē ꝙ ſis ī illa intentiōe ꝙ nūq̄ȝ velis ampli⁹ peccare. Vn̄ ait dn̄s mulieri Luc. vij. Mulier dimiſſa ſūt tibi peccata tua· vade noli ampli⁹ peccare. Secūda via ē vt homo reddat iniuſtas res. Vn̄ Aug⁹. Peccatuȝ nō dimittit' niſi ablatuȝ reſtituatur. Et ideo ait Zache⁹ Luc. xix. Dn̄e dimidiū bonoꝝ meoꝝ do paupib⁹· ⁊ ſi q̄d aliquē defraudaui· reddo q̄druplum. Tertia via ē· vt īdulgeas ꝓximo vt nullā habeas vindictaȝ vel rancorem in corde. Vn̄ dixit dominus Mat. vj. Si dimiſeritis hominib⁹ peccata eorum· ⁊ pater veſter dimittet vob̄ peccata veſtra. Quarta via ſatiſfactionis eſt ſic. Si peccaſti corpore· ſatiſfac ī corpore· quia p q̄ homo peccat p hec ⁊ torquetur. Et ſi confeſſor ponit tibi ſatiſfactionem minimam· tamen potes vltra facere

Unde Johannes Apoc. vj. Uidi
equum nigrum ⁊ q̇ ſuꝑ eū ſedebat
habebat ſtateram ī manu ſua· quia
tempore mortis vnicuiqꝫ menſura-
tur ſcḋm opera ſua · que ſeqnuntur·
Et hec ſūt duodecim vie ꝑ deſertū
penitētie. Sc̄do dico ꝙ peniten-
tia deſerto cōparat᷑· qꝛ filij iſrael in
deſerto a ſerpētibꝰ fuerunt inſeſtati
vt ptꝫ in p̄s. Dentes beſtiarū imit-
tam ī eos cū furore trahentiū atqꝫ
ſerpētiū. Uñ legimꝰ figurā Nūeri
xxj. qñ filij iſrael murmurabant cō-
tra dñm· miſit ſerpentes· q̇ ſplende-
bant velut ignis· ⁊ populū morde-
bant· et quē mordebāt moriebatur
a morſu ſerpentis. Sed dixit moy-
ſes ad dñm: O dñe· quomodo pōt
populꝰ ſaluari a ſerpētibꝰ· quia oēs
moriūt᷑. Dixit dñs ad moyſen: Fū-
de de ere ſerpentē eneū ⁊ ſuſpende ī
arbore· vt quemcūqꝫ momorderit
ſerpēs· inſpiciat ſerpentē eneū ⁊ non
nocebit ei morſus. Ita ſpiritualiter
ī deſerto vere penitētie infeſtat ho-
minē ſerpēs antiquꝰ· i· diabolꝰ· qui
decepit primū hoīem in ſpecie ſerpē-
tis· ⁊ infeſtat hoīem per malas ſug-
geſtiones ⁊ per malas cogitationes
Quemcūqꝫ enī mordet aſtucia ſa-
thane· intueat᷑ chriſtū in cruce pen-
dentē· ⁊ petat veniā· et non nocebit
ei morſus ſerpētꝭ· i· diaboli. Sic vin-
citur· ſicut chriſtus vicit eū dicens:
Uade ſathanas ⁊ nō tēptabis me·
qꝛ chriſtꝰ dñs vicit te. Tertio pe-
nitentia vera cōparat᷑ deſerto· qꝛ in
deſerto filij iſrael nō habebāt aquā
ideo clamabant ad dñm· ⁊ moyſes
duxit multitudinē filiorū iſrael ante
petram· ⁊ habuit virgā in manu ⁊
ꝑcuſſit petrā p̄ma vice et nō dabat
aquam· ſecūda vice et petra dabat
aquā. Ita ſpiritualiter· multi ſunt ī
deſerto penitētie q̇ nō habēt aquā
lachrymarū ꝓ peccatꝭ· ſicut dicit p̄s·
Anima mea ſicut terra ſine aq̄ tibi.
Debet homo cor ſuū īduratū velut
lapidē ꝑcutere virga diſcipline bi-
na vice vl̄ trina vice recordādo p̄te-
rita peccata· ⁊ tunc petra· i· cor durū
peccatorū dabit aquā lachrymarū· ⁊
inde reficitur anima peccatoris· ⁊ la-
uat ſe ab omni ſorde vitiorū. Ergo ī
deſerto penitētie neceſſaria ē aq̄ la-
chrymarū· et ſic patꝫ tertiū. Quar-
to penitentia cōparat᷑ deſerto· qꝛ in
deſerto filij iſrl̄ fuerunt refecti pane
angelico qḋ patet Exo· xvj· vbi le-
gimus ꝙ filij iſrael nō habebant ci-
baria in deſerto et clamabāt ad do-
minū· et miſit eis de celo panē ange-
lorū quem colligebant omni die de
mane in rore· qñ enī ros cecidit· ce-
cidit manna cū rore· ⁊ vnuſquiſqꝫ
colligebat inq̄tū ſibi et familie ſue
pro illo die ſufficiebat. Ita ſpiritu-
aliter· ī deſerto penitētie cibat dñs
ſuos fideles duplici pane celico: pri-
mus ē panis verbi dei· dḋ q̄ ait dñs
ī euāgelio Mat. iiij. Nō in ſolo pa-
ne viuit homo· ſ; de omni verbo qḋ
ꝓcedit de ore dei· et vnuſquiſqꝫ va-
dat ad eccleſiam mane vt boni chri-
ſtiani Colonie faciūt· ⁊ in alijs ma-
gnis et paruis ciuitatibꝰ vbi p̄dica-
tur verbū dei· ⁊ vnuſquiſqꝫ capiat
vt ſibi ⁊ familie ſue ſufficiat· id ē· aīe
Item cibat filios ſuos ī deſerto pe-
nitentie cibo ſacramētali omni die
a preſbyteris· et vnuſquiſqꝫ in iſtis
diebus ſe preparet· vt in die paſce

panē angelorū digne ſuſcipiat. De
q̊ ait dn̄s: Ego ſū panis viuus qui
de celo deſcēdi. Joh. vj. Si qs mā-
ducauerit ex h̄ pane viuet in eternū

Dominica reminiſcere Sermo. xviij.

Ecce mulier
chananea a finib⁹ illꝭ egreſ-
ſa clamauit dicēs: Miſerere mei ꝛc.
Matth. xv. Jſta mulier volens fi-
lie ſue gratiam impetrare. ſapienter
ſciuit allegare. Primo apud chri-
ſtum captat beniuolentiam in eo ꝙ
vocat euꝫ dn̄m ꝛ filium dauid. Jn
hoc enī confitetur euꝫ eſſe verꝫ deū.
inquātū vocat eū eſſe dn̄m. Et verꝫ
hominē inquātū dicit ipſū eſſe filiū
dauid. Scdo inſinuat ſuaꝫ tribu-
lationem ꝛ miſeriam cum dicit: filia
mea a demonio torquetꝛ. Tertio
implorat eius miſericordiā cū dicit:
miſerere mei. Chriſt⁹ autē quattuor
magnas duritias oſtēdit ſibi. nō vt
eam ↄfunderet. ſ; vt eius fidē et con-
ſtantiā cōprobaret. Prima duri-
tia fuit i hoc ꝙ ſibi rn̄dere noluit ac
ſi eēt excōicata vel chriſti reſpōſiōe
indigna. Unde dicitꝛ ꝙ nō reſpōdit
ei verbū. Scda duritia fuit i hoc
ꝙ dixit eam nō eſſe de ouibus iſrael
Unde dixit: Non ſum miſſus niſi
ad oues que perierūt domus iſrael
Oues aūt domus iſrl' erāt oues dei
Jn hoc aūt ꝙ dixit eam non eſſe de
ouibus iſrl'. inſinuauit eam non eſſe
de ouib; dei. ꝛ ꝑ cōſeques relinque-
batꝛ ꝙ erat d̓ ouibus diaboli. Ter-
tia duritia fuit in hoc ꝙ ipſā canē
appellauit. Non ſoluꝫ enī dixit ipſā
nō eſſe ouē. ſ; etiā eſſe canē. Quar-
ta duritia fuit in h̄ ꝙ dixit eaꝫ non
eſſe dignā veſci pane filiorū. Unde
de his duob;. ſcꝫ ꝙ erat canis. et ꝙ
nō erat digna veſci pane filiorꝫ. ait:
Non ē bonū ſumere panē filiorū. et
mittere canibus ad manducanduꝫ.
Ecce q̊t ꝛ q̄ꝫ magnas duritias oſtē-
dit ei chriſtus. vt eius conſtantiam
comprobaret. Nō ē aliq̄ mulier ita
patiens et ita ſancta q̄ ſi alicui viro
magno loq̄retꝛ. et ipſe ſibi tanq̄ꝫ ex-
cōmunicate loq̄ nollet. ꝛ inſup eam
ouem diaboli diceret. et canē appel-
laret. ꝛ indignā eaꝫ veſci pane aſſe-
reret. q̄ nō recederet turbata ꝛ ſcan-
dalizata. Jpſa enī in oīb; ↄſtans ꝛ
patiens ſemꝑ fuit. Nam ad primā
duritiā ſe habuit ꝓuide. qꝛ a princi-
pio ire noluit ad petrū vel ad iaco-
bū vl' ad iohānē. nec ad aliquē aliū
diſcipulū. ſed tm̄ ad ipſū chriſtum.
Tamē vidēs ꝙ chriſtus ſibi reſpō-
dere nollet. ꝓuidit ſibi. ꝛ ad diſcipu-
los iuit. rogans ut ipſi intercedere ꝓ
ea dignarentur. Tūc accedentes di-
ſcipuli rogauerunt eum dicētes: Di-
mitte eaꝫ ꝛ fac qd ipſa petit. ꝛ ſic re-
cedet. qꝛ clamat poſt nos ex h̄ ꝙ eā
tenes. et qd petit nō cōples. Quā-
tum ad ſcdam duritiam ſe habuit
magnanimiter. Nam cum diſcipuli
pro ea rogarent. ꝛ chriſtus dixit eaꝫ
nō eſſe de ouib⁹ dei. et ꝑ cōſequens
eſſet d̓ ouib⁹ diaboli: Jlla audiens
hoc ſumpta fiducia ad eum appro-
pinquauit. ꝛ eum adorauit dicens:
Domine adiuua me. ac ſi dicat: Si
vſq; mō fui ouis diaboli. mō volo
eſſe ouis tua. Et in ſignum adoro te

ſicut ouis paſtorem. Et idcirco do/
mine adiuua me: ſicut paſtor ouem
ſuã debilem ⁊ infirmũ. Quantum
ad tertiã duritiã ſe habuit iſta mu/
lier prudẽter. qr qñ chriſtus eã canẽ
appellauit·ipſa hoc nõ negauit·ſed
canẽ ſe eſſe ↄfeſſa ẽ dicẽs: etiã dñe·
ac ſi diceret: Canẽ me vocas· canis
tiuus eſſe volo. Dñi aũt canẽ nõ ex/
pellũt· ſed ſi expellãt ꝑ vnã portã ꝑ
aliã reuertitur. Si ergo ſũ canis non
debes me expellere a te· ſi expellis ꝑ/
tinus redibo ad te. Quantum ad
quartã duritiã ſe habuit ſapiẽter:
qr qñ chriſtus ei dixit ꝙ nõ erat di/
gna comedere panẽ filioꝝ· illa ſapi/
enter rñdit ei: Dñe non peto panem
ſꝫ micã. Et ſi ego ſum canis ſicut me
vocaſti· ↄſuetudo ẽ tñ· ꝙ dñi dant
canibꝫ et catellis ſaltẽ micas. Ergo
da mihi iſtã micam quã peto· ſcꝫ fi/
liẹ meẹ curationem. Tũc rñdit ei ie/
ſus: O mulier· magna ẽ fides tua q̃
me ſuꝑauit ⁊ vicit· ⁊ ideo fiat tibi ſi
cut vis. Et ſanata ẽ filia eius ex illa
hora. Notandũ aũt ꝙ qñ aliqs
ad aliquã ſublimem ꝑſonã aliquã
gratiã petiturus accedit: illos ſecum
in ſocietate ducit· quos illi⁹ ꝑſonẹ
amicos eſſe credit. Iſta ergo mulier
ad chriſtũ volens accedere· et ſani/
tatẽ ꝓ filia impetrare illas virtutes
ſecũ aſſumpſit· quas chriſto magis
gratas eſſe cognouit· ſcꝫ patientiã
fidem· humilitatem· et ꝑſeuerantem
orationẽ. Patiẽtia ẽ ſoror chriſti·
fides eſt filia chriſti· humilitas ma/
ter chriſti· et oratio ẽ nũcius fidelis
ad chriſtũ. Primo ergo aſſumpſit
q̃ fuit ſoror chriſti· ſcꝫ patientiã· qr
ipſã nunq̃ deſeruit· nec in vita· nec
in morte· ſed tanq̃ ſoror indiuidua
ſemꝑ ipſi aſſociata fuit. Vñ Eſa.
xlij. Tacui· ſemper ſilui· patiens fui
⁊c. Iſta autẽ patiẽtia ĩ trib⁹ iniu/
rijs comprobat· ſcꝫ verboꝝ· rerũ· et
ꝑſonẹ. In iſtis trib⁹ mulieris patiẽ/
tia cõprobata fuit. Primo nãq̃
ſuſtinuit iniuriã in verbo· qñ chriſt⁹
ipſã canẽ appellauit. Nõ eſt aliqua
mulier ita patiens q̃ ſi canis diceret
ſaltẽ aliqñ reſponderet: Nõ ẽ verũ·
ſum bona. Iſta aũt non tm̃ portauit
patienter ꝙ chriſtus eã canẽ appel/
lauit· ſꝫ ipſa etiã ſe canẽ appellauit.
Scđo ſuſtinuit iniuriã realẽ. Sci/
ebat enĩ hoc ꝙ chriſtus hoc nõ dicebat
dĩo ꝓpẽ iniuriã verbalẽ· ſꝫ etiã realẽ
qr ꝓ bonis ſuis a iudeis fuit ſpolia/
ta. Vñ dicit Hieronym⁹ ꝙ chana/
nei dimittẽtes terras ĩ qbꝫ iudei tũc
habitare ſolebant· vel vltimo bello
ↄſumpti vel in loca vicina diſperſi
ſũt· vel in ſeruitutẽ ſubiecti· nomen
tñ ſuũ circũferunt. Ex his ergo iſta
mulier chananea eſt q̃ iudeis admi/
xta: credit cognouiſſe ex lege chriſtũ
ex ſemine dauid naſciturũ eſſe. Iſtã
aũt iniuriã bonoꝝ ſuoꝝ patienter
portauit. Tertio ſuſtinuit iniuriã
ꝑſonalem· ſicut filiẹ ſuẹ compreſſio/
nem q̃ a diabolo grauiter opprime/
batur· quã oppreſſionẽ ſuam ꝓpriã
reputabat. Vñ non dicebat: Mi/
ſerere filiẹ meẹ dñe· ſed miſerere mei
dñe. Iſtam actualem iniuriam nõ
ſicut primã aut ſcđam patiẽter por/
tauit· ſed grauiter ferebat. Licet enĩ
eam canẽ vocabat chriſtus· de hoc
habuit magnã letitiã· Etiã ſi hoſtes bo
na ſua rapuit· ⁊ in ſeruitutẽ eam re/
degit· de hoc habuit patiẽtiã. Sꝫ

qꝛ diabolus in domo ſua habitaret
de hoc patiētiā hēc nō potuit· et ad
chriſtuʒ clamabat· dicēs: Miſerere
mei dn̄e. Hoc ē ꝯtra multos· qui ī
aduerſitatibꝫ dei murmurabant· in
ꝑſecutionibꝫ boīuʒ blaſphemant· ſꝫ
ꝙ diabolus in domo ſuę aīę habi-
tat non curāt· nec ad deuʒ clamant
ꝛc. Scd̄o aſſumpſit fidē q̄ ē filia
chriſti· qꝛ per ipſā deus in cordibus
nr̄is gradit̄. Ad Eph̄. iij. Jnhabi-
tare chriſtū ꝑ fidē in cordibus nr̄is.
Jſtā autem fidē iſta mulier habuit
valde magnā. Unde dixit ei chriſt⁹
O mulier magna ē fides tua. Tunc
autem eſt fides magna qn̄ eſt opibꝫ
cōiūcta· charitati admixta· perſeue-
rans ꝛ firma. Fides autē quę ē ſine
opibꝫ habet ocioſitatem· ꝛ iſta ē fi-
des mulierū. Jac. ij. Fides ſine ope-
ribus mortua ē. Si vero non ē cha-
ritati coniūcta habet inutilitatem.
Juxta illud. j. Cor. xiij. Si habu-
ero fidē· ita vt montes transferam·
charitatē autem nō habuero· nihil
mihi ꝓdeſt. Et ē fides demonū qui
ſūt extra ſtatū grē· nec vlterius cha-
ritatem habere poſſunt. De quorū
fide dicit̄ Jac. ij. Tu credis· qꝛ vn⁹
ē deus: bene facis. Et demones cre-
dunt ꝛ ꝯtremiſcunt. Si autem fides
non ē ꝑſeuerans ꝛ firma· hꝫ puſilla-
nimitatem· ꝛ iſta ē fides fideliū. De
qua dicit̄ Matth. xiiij. Modice fi-
dei· quare dubitaſti? Luc. viij. Ad
tēpus credunt et in tpē tēptationis
recedunt. His tribus modis fides
iſti⁹ mulieris fuit magna. Fuit etiā
operibus charitatis cōiuncta· qꝛ va-
cabat operib⁹ miſericordię in quātū
pro ipſa orabat. Fuit charitati ad-
mixta· vera enī charitas aliena incō-
moda reputat ſua. Vn̄ iſta mulier
vexationē filię ſuę ſuam ꝓpriam re-
putabat. Fuit autē ꝑſeuerans ꝛ fir-
ma· qꝛ ſępe repulſa fuit· ꝛ tn̄ ſemper
ꝑſeuerauit. Tertio aſſumpſit hu-
militatem q̄ fuit mater chriſti. Dicit
enī Bernard⁹· ꝙ beata ꝟgo et ſi ex
virginitate placuit· tn̄ ex humilitate
concepit· qꝛcūcunqꝫ eſſet virgo ſi hu-
milis non fuiſſet· deū non ꝯcepiſſet
et quia ex humilitate concepit· ideo
ipſa humilitas quodammodo mat̄
chriſti fuit. Jſtā humilitatē iſta mu-
lier habuit ſecū· ꝛ ideo exaudiri me-
ruit. Juxta iſtud ps̄. Reſpexit ī ora-
tionē humilium ꝛc. Qꝛ humilitatem
ſecū habuit· iſta oſtēdit exēplo ꝟbo
ꝛ facto. Exemplo· qꝛ chriſtuʒ humi-
liter adorauit· Uerbo· qꝛ catellum ſe
aſſeruit. Facto· quia īter iudęos hu-
militer ꝯuerſabatur· qđ fuit magnę
virtutis cū iudęi eſſent ſuꝑbi. Jnter
ſuꝑbos enī humiliter ſcire cōuerſari
magna virtus ē. Duo enī humiles
ꝛ manſueti poſſunt adinuicē pacifi-
cari. duo autē ſuꝑbi nunqꝫ poſſunt
pacificari adinuicem nec conuenire
Uidemus enī ꝙ duo corpa plana
poſſūt adinuicē applicari. Unū aūt
corpus ſpericū· ꝛ vnū ꝯcauum adin-
uicem applicari poſſunt· qꝛ corpus
ꝯcauum recipit in ſe ſuā ꝯcauitatem
et alteri⁹ tumorē. Duo aūt corpora
ſperica adinuicē applicari nō poſſūt
niſi in puncto. Eodē modo duo ho-
mines humiles ꝛ manſueti adinuicē
poſſūt lętari. Un̄ ps̄. Audiant mā-
ſueti ꝛ lętent̄. Chriſtus fuit humilis
diſcipuli fuerunt humiles. Jſta aūt
mulier hūilis· ideo ꝛ adinuicem bene

cõueniebant·et chriſtus eius preces audiebat. Unꝰ autẽ humilis·ꝛ unꝰ ſupbus·poſſunt adinuicẽ pacificari quia humilis intra ſuã humilitatez recipit ꝛ ſupportat alteriꝰ tumiditatem. ps. Cum his q̇ oderunt pacem eram pacificꝰ. Eodẽ modo iſta mulier chananea erat humilis·et iudei ſupbi·qui ſubiugauerunt eã in ſeruitutẽ·ꝛ tñ cum eis ſciebat viuere·ꝛ eorum ſupbiam humiliter portare. Duo aũt ſupbi adinuicẽ pacificari nõ poſſunt niſi in puncto. Pũgere q̇dez poſſunt·pacifice autem viuere non poſſunt. Prouer. xiij. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt.

Dominica oculi.
Sermo. xix.

Erat ieſus eijciẽſ demoniũ·ꝛ illud erat mutum. Luc. xj.

Notare debemꝰ ſcḋm curſũ nature q̄ res diuerſoꝝ ꝯtrarioꝝ ſimul et ſemel in ſe ſtare nõ poſſunt·vt aqua et ignis·lupus ꝛ ouis·anima ꝛ diabolus·qꝛ ibi eſt contrarietas. Ideo homo cogitans ſe habere lupũ·id ẽ diabolũ·debet ſibi ſuuz nidum deſtruere per penitentiã·tunc fugit ne occidat ouem·id eſt·animã. Item ſi ſenſerit ignem concupiſcentie·debet extinguere aqua lachrymarũ·et per elemoſynaꝝ largitionez·quia ſicut aqua extinguit ignẽ·ita elemoſyna extinguit peccatuz. Item ſi cogitat damnũ qḋ lupꝰ ꝛ ignis poſſunt ſibi inferre debet feſtinare ad chriſtum·vt ab eo ſeparet̃. Et ideo homines habentes hominẽ infirmũ ꝛ obſeſſũ feſtinabant ad chriſtum. Et de hoc ĩ euãgelio dr̃.

Dominꝰ noſter ieſꝰ chriſtus ꝛ hõ·volens nos oẽs ſaluare ĩ aĩa ꝛ corpe·p̄dicabat regnũ dei·et multa ſigna fecit. Q̇ḋ percipiẽtes amici cuiuſdã hoĩs obſeſſi·ꝛ ſpiritũ malignũ habentis mutũ·q̇ hoiez illũ fecit mutũ et ſurdum·rogabãt amici eiꝰ vt ſanaret eũ: ꝛ ipſe eiecit demoniũ·ꝛ locutꝰ ẽ mutꝰ·et admirate ſũt turbe. Quidã aũt q̇ circũſtabãt dixerũt: In beelzebub p̄icipe demonioꝝ eijcit demonia. Et alij temptãtes ſignũ ḋ celo q̄rebãt ab eo. Ipſe aũt vt vidit cogitatiões eoꝝ·dixit illis ĩ parabolis. Oẽ regnũ ĩ ſe diuiſũ deſolabit̃. Et ſic domꝰ ſupra domũ cadet·Si autẽ ꝛ ſathanas diuiſus eſt·quõ ſtabit regnũ ſuũ: Quia dicitis me in p̄tãte beelzebub eijcere diaboluz. Si ego in p̄tãte diaboli eijcio demõia filij veſtri·i·ſãcti apli q̇ ſũt ḋ ſemine vr̃o ĩ quo eijciũt ipſi q̇bꝰ ego dedi p̄tãtez eijcere demones. Ergo qꝛ ipſi credũt ĩ me·et vos nõ creditis mihi·ideo ipſi iudices erũt veſtri ĩ die iudicij. Porro·i·certe·ſi ego ĩ digito dei·i·in p̄tãte diuina·eijcio demõia ꝓfecto·id eſt·merito p̄uenit contra vos regnũ dei·ita q̄ nũq̄ ĩtrabitis. Itẽ alia pabola. Cum fortis armatus

cuſtodit atrium ſuũ·ſcʒ do/
mũ·i pace ſũt oĩa que poſſi/
det in illo. Sʒ ſi fortior illo
ſupueniet ⁊ vicerit euʒ· au/
fert vniuerſa i q̇bus cõfide/
bat·⁊ ſpolia eiuſ diſtribuet
Ita q̇ non ē mecũ· aduerſũ
me ē·ſicut vos pharíſei eſtiſ
Et qui nõ colligit mecũ diſ/
pergit ſicut diabolus. Iteʒ
alia parabola. Cũ imũdus
ſpirit⁹ exierit ab hoíe ꝑ pe/
nitẽtiã expellẽdo eũ ·ambu/
lat tũc ꝑ loca arida querẽs
requiẽ i pẽnitẽtibus ⁊ i abſ/
tinentib⁹· et ieiunãtibus ·ſʒ
cũ ñ iuenit ibi requiẽ· dicit:
Reuertar in domũ meã vn/
de exiui. Et cum venerit iue
nit eã ſcobis bene mũdataʒ
et ornatã. Et tũc vadit ⁊ aſ/
ſumit ſeptẽ alios ſpirit⁹ ne/
quiores ſe· et ingreſſi habi/
tant ibi · et nouiſſima hoís
huius fiũt peiora priorib⁹.
Et iſta parabola eſt de iſtis
q̇ nõ mundant ſe ab oíbus
peccatis ꝑ ſcobã cõfeſſiõis
Et poſt feſtũ paſcę cadũt in
ſeptẽ peccata mortalia quę
ſunt peiora q̃ꝫ diabolus·qꝛ
oẽs diaboli nõ poſſũt vnã
animam perdere in gehen/
nã ſi homo eſſet iuſtus·⁊ ta
men vnũ peccatuꝫ mortale
ꝑdit animaʒ ęternaliter .Et
ideo ait: Hi ſeptẽ ſũt nequi/
ores diabolo. Cuʒ aũt hoc
ſignũ vidit·⁊ parabolas ei⁹
q̇dam mulier martilla noĩe
quę fuit miſtra marię mag/
dalenę extollẽs vocẽ de tur
ba chriſtũ laudando dixit:
Beatus vẽter q̇ te portauit·
et vbera quę ſuxiſti. At ipſe
dixit: Quinimo ·i· poti⁹ ſunt
beati q̇ audiũt verbum dei·
et cuſtodiũt illud opę adim
plendo. Ad thema. Erat Ieſus
eijciẽs demoniũ ·⁊ illud erat mutuꝫ
Nota q̈tuor ſũt demones q̇ eijci/
untur q̈tuor ꝟtutib⁹. Primus vo
cat᷑ aſmodeus· ⁊ ille ē demon luxu/
rię·et expellit᷑ ꝑ caſtitatẽ. Secũdus
vocat᷑ beelçebub·⁊ iſte ē demon gu
lę·⁊ expellit᷑ ꝑ mortis memoriã. Ter
tius ē mammon·et iſte ē demõ aua/
ricię·et eijcit᷑ ꝑ miſericordiã. Quar/
tus eſt demon ſupbię· et dr̃ lucifer·
et eijcit᷑ ꝑ humilitateʒ. Quia vt dr̃
ꝯtraria ꝯtrarijs curãt᷑. Primus
demon vocatur aſmodeus·⁊ iſte eſt
demon luxurię. De quo dr̃ Tob. iij
vbi in figura legimus ꝙ erat q̇dam
vir habens pulcram virginem noĩe
ſarã quã tradidit cuidam iuueni in
matrimoniũ. Et in prima nocte ve/
nit aſmodeus demon ⁊ occidit virũ
vel iuuenẽ. Poſtea tradidit᷑ eã al/
teri· et fecit ſimiliter aſmodeus . Et
poſtea tertio·et ſic ſeptẽ viros iugu/
lauit·⁊ virgo ſara ꝑmanſit. Tandẽ
tradidit eã iuueni Tobię·qui ex ꝯſi
lio angeli in prima nocte cũ virgine
ſurrexit· ⁊ ambo orauerũt·iecur piſc̄
ſup ignẽ poſuerũt·⁊ aſmodeũ eiece/
runt. Ita ꝑ ſaram virginẽ pulcram
ſpiritualiter nota aĩam deuotã q̄ ē
ſine peccato mortali pulcra. Et tra/
dit᷑ a chriſto patre ſeptem bonis co/
gitatiõib⁹·vt ꝑueniat ad perfectum
ſtatũ vitę cõtẽplatiõis·ſ; aſmodeus

ſemper interficit vt non pducat ad
finē. Prima bona cogitatio eſt·
qñ anima hꝫ bonā voluntatē bene/
faciendo·recte viuēdo·deo ſeruien·
do· p quā bonā voluntatē pax dei
dat·ut patet Luc.ij. Et i terra pax
hominib9 bone volūtatis. Tūc ſta/
tim adeſt aſmodeus iterficiēs iſtam
bonā cogitationē aliā ſibi igerēdo·
Scda bona cogitatio ē ꝯtritiōis:
p peccatis cogitans. Ecce tu deum
offendiſti·ideo habeas contritionē·
Thren.ij. Velut mare ꝯtritio·tua.
Tūc ſtatim adeſt aſmodeus dicēs:
Quare vis hoc facere? Cum ſenuē/
ris tunc habeas contritionem·7 i ex/
tremis. Nam latro i cruce ſaluat9 ē
Tertia bona cogitatio ē quā tra/
dit ei chriſtus·virt9 confeſſionis. vt
homo cōfiteatur oīa peccata ſua q̄
ſcit cogitare. Statim adeſt aſmo/
de9 ſuggerēs: Quare tu velles pre/
ſbytero reuelare tua occulta exquo
tu nō vis dimittere·7 ſtatim iterficit.
Quarta vero cogitatio tradita
ē aie· vt bona exempla p̄beat ne ali9
ab eo ſcādalizetur. Statim adeſt aſ/
modeus dicēs: Quare tu non exhi/
bes te vt placeas hominib9? Si te
nimis humilias pro ſtulto reputa/
beris. Quinta bona cogitatio ē·
vt homo cogitet ꝙ deo 7 proximo
ſatiſfaciat· tunc ſtatim adeſt aſmo/
deus dicēs: Si tu omnia reſtituas·
tūc nullus dat tibi aliq̄d·melius eſt
vt reſerues illa q̄ habes. Sexta
cogitatio bona quā tradit chriſtus
anime ē aſſiduitas orationis. Vñ
cū aīa cogitat·tu debes orare. tunc
ſtatim adeſt aſmodeus·dicens: Si
multū oraueris· i capite debilitaris
7 ſtatim iterficit. Septima bona
cogitatio aie quā tradidit deus·eſt
bonoꝝ verboꝝ auditio·7 bonorum
verboꝝ informatio. Ea h̄ cogitante
ſtatim adeſt aſmode9 infundēs ver/
ba detractiōis·adulatiōis·decepti/
onis·7 iurationis. Sꝫ tūc aīa deuo
ta debet ſurgere et adorare·et iecur
ſup ignem ponere·id ē·caſtitatē·q̄
p iecur intelligit̄ ſuper ignem diuini
amoris ponere·7 fugit aſmodeus·et
anima tradit̄ chriſto 7 deſponſatur
Vñ ait apl's.ij. Coꝝ.xj. Deſpondi
vos vni viro virginē habere ·i· vir/
ginitatē ſeruare chriſto ·q̇ diligit ca/
ſtos· qꝛ caſtitas flos et filius eſt 7c.
Secundus demon vocatur bel
7 iſte ē demon gule·omnes guloſos
diligens·7 ſup eos dominās ·et ille
expellit̄ p mortis memoriā. De q̇ le/
gim9 figurā Dañ.xiiij. Daniel itra/
uit templū iuxta babyloniā in quo
templo erat demonium nomine bel
7 ibi erat menſa ante ſimulacrū vbi
offerebant̄ oues 7 farina 7 vinum·7
aliqui hoīes·ſcꝫ ſacerdotes fecerunt
ſubterraneas foueas p quas de no
cte intrabant templum·et deuora/
bant d' mēſa ·7 dixerūt ꝙ bel deuo/
raret. Tūc ait Daniel ad pn̄cipem:
Iſte bel non deuorat iſta. ſed ſerui
tores ſui ·et volo hoc pbare. De ſe
ro obtulit iterum pn̄ceps ſup men/
ſam bel · et Daniel accepit cinerem
albū 7 ſparſit circa menſā·et clauſit
templū. Venit igit̄ mane princeps
cū Daniele ad tēplū 7 inuenit veſti/
gia i cinere albo ſup pauimētum ·et
ſequebatur veſtigia donec inuenit
ſeptuaginta viros qui fuerūt ſerui/
tores bel·7 deuorabant iſta. Quos

omnes princeps occidit ⁊ bel deſtru
xit· et demon fugit. Ita ſpirituali/
ter omnes potatores ac ſubſtantię
pauperum deuoratores ſunt ſerui/
tores demonis bel vel idoli. Venit
igitur Daniel ꝓpheta· id ē· predica
tor ſternēs ſuꝑ pauimentū cinerē ·i·
memoriā mortis predicādo· qꝛ ho/
mo cinis ē· ⁊ in cinerē ſpargitˀ corpꝰ
ſcȝ poſt mortē· ⁊ īuenit hō in oībus
veſtigijs eius nihil niſi cinerē. Et cū
homo ſe recolens cinerē menſā de/
uorationis ſubſtantię pauperum· ⁊
bel deſtruit· id eſt· gulā· ⁊ diabolus
fugit· ſed illos qui deuorāt de men
ſa bel· cum venerit princeps iuſticię
occidit oēs. Et ḡ meliꝰ eſt nob̄ ꝙ fu
giamus ⁊ eijciamꝰ demonē illum ꝑ
abſtinentiā ⁊ ieiuniū. Vnde dicit
Augꝰ· in quodā ſermone. Ieiuniū
mentē purgat· leuat ſenſū· cor facit
contritū· et expellit diabolū. Ergo
ſic fit templū dei· qui fuit templum
bel ꝑ gulā. Tertius demon vo/
catur mammon· ⁊ iſte ē demon ma
lę auaricię regnās ſuꝑ omnes aua/
ros. Vnde ait dominꝰ ī euangelio:
Facite vobis amicos de māmona
iniquitatis· id eſt· de iniuſtis rebus
quas adquiſiſtis ꝑ vſurā· ꝑ ſymo
niam· ⁊ per auaritiā. Huius legimꝰ
figurā Exo. xxiiij. Moyſes aſcen/
dit ī montē et erat ibi quadraginta
diebꝰ ⁊ tot noctibꝰ: Interim fecerūt
filij iſrael vitulum de auro ⁊ argēto
et ab vno acceperunt anulum· ⁊ ab
alio circulū· ⁊ de omnibꝰ colligebāt
aurū ⁊ argētū ⁊ poſuerūt ſuper altā
ſtatuam· ⁊ vt deū adorauerunt. Et
cum moyſes deſcendit de monte in
eorū pñſentia fecit puluerē de eo· quē
ꝓiecit in aquam· ⁊ dedit pecoribꝰ et
ipſis bibere. Ita ſpiritualiter. Ma/
gnates filioꝝ iſrael ſūt diuites huiꝰ
mūdi q̇ a paupibꝰ recipiūt qđ ſuꝑ/
flue ꝯgregāt· ⁊ ornamētū q̇bꝰ idolū
mammonę corporis ſui adorant· qꝛ
plus student ꝯgregare q̄ȝ deū ado/
rare. Et ideo ait apl's Col. iij. Aua
ricia eſt idolorum ſeruitꝰ. Cum igitˀ
chriſtus deſcēderit đ monte ęterno
iudicare viuos ⁊ mortuos· vt ſuper
hos diuites ſuam exerceat iuſticiā·
tunc hunc vitulū· id ē· corpꝰ tradet
in puluerē· ⁊ pecuniā paupibꝰ ne/
gatam demones in ignē mittunt et
conflant· ⁊ miſera aīa bibet eā. Vñ
tūc clamāt demones· ⁊ in os animę
aurū ⁊ argentū in igne liquefactum
fundūt: Bibe modo: bibe tu aurū ⁊
argētū qđ ſemꝑ ſitiſti. Vñ Gregꝰ
ſuper Matth̄. Eijciētur ī tenebras
exteriores· ibi erit ſtridor ⁊ fletꝰ den/
tium. Dicit fletus q̇ venit đ ardore·
ſtridor dētium a frigore. Vbi du/
plex pena auarj datˀ. Iſte igitˀ demō
mammon expellitˀ per ſeptem opera
miſericordię· ſcȝ peregrinos hoſpi/
tando· captiuos redimēdo· nudos
veſtiendo· ſitiētes potando· et infir
mos viſitando ⁊c. Et ſic ſtabit hō
ſecurus cū chriſtꝰ deſcēderit đ mōte
iudicaturus. Quartꝰ demon vo/
catur lucifer· ⁊ iſte ē demon ſuꝑbię·
et expellitˀ ꝑ virtutē humilitatis· qꝛ
nullo modo poteſt dari melior me/
dicina infirmo a frigiditate niſi cali
ditatiſ medicina· qꝛ ꝯtraria cōtrarijs
curantur· qꝛ peccatū ſuꝑbię ſūpſit
exordium ab illo demone lucifero.
De q̊ Eſa. xiiij. Dixit lucifer: Aſcē/
dam ſuper altitudinem nubium· et

ſilis ero altiſſimo: Ideo quãto ma-
iorem ſe reputauit ꝛ altiorem. tanto
viliorem ſupbia eũ deiecit. Et ideo
ipſe ẽ rex ſuper omnes ſuperbos. fe-
rẽs tres malas coronas quas dabit
ſuis ſuitorib⁹. Unde romani de-
pingebant ſuperbiam ad modũ di-
aboli habentis tres coronas In pri
ma ſcribebatur. tranſcendo. In ſe-
cũda. non obedio. In tertia. pertur
bo. Et vna corona fuit ſuper aliam
Quare ad modum diaboli: qꝛ dia
bol⁹ lucifer erat angelus. ſed ꝓpter
ſupbiam deiectus: Ideo vę coronę
ſuperbię. In prima corona fuit
ſcriptuꝫ tranſcendo. quia ſuperbus
homo credit ſe tranſcendere ſuper
omnes homines toti⁹ mũdi. vt pa-
tet. ij. Machab. ix. ꝺ antiocho rege
qui credebat ſe imparare vẽtis ꝛ flu
ctibus maris. ꝛ altitudines montiũ
in ſtatera põderare. ꝛ aſtra cęli aſcẽ-
dere: ꝛ cito venit ad tantaꝫ miſeriã
ꝙ fuit eiect⁹ de exercitu ſuo. ꝛ nemo
poterat fetoreꝫ ei⁹ tolerare. Et ideo
iſte primaꝫ coronam a diabolo pro-
meruit. In ſcd̃a corona fuit ſcri-
ptum. nõ obedio. Et ratio eſt. quia
ſuperbus nulli vult obedire. nec ſu-
periori nec inferiori. ut ptꝫ. iij. Reg.
xij. de filijs ſalomonis q̃ nolebant
obedire mãdatis ſuperiorꝫ. ſed ſup-
bę dixerunt: Minimus digitus no
ſter groſſior ẽ toto dorſo pr̃is nr̃i. et
ideo deſpecti fuerunt ab omni popu
lo. et alios principes elegerunt. Itẽ
hoc patet ꝺ ſaul. qui noluit obedire
mandatis dei. ideo fuit eiectus a re-
gno. Et iſte promeruit ſcd̃am coro-
nã domini ſui diaboli. In tertia
corona fuit ſcriptum perturbo. Et
ratio eſt. quia ſuperbia vnius homi
nis ſępe perturbat totaꝫ regionem:
vt patet de quodam qui ꝑturbauit
totam regioneꝫ filiorũ iſrael. qꝛ oẽs
leuauerunt manus et clamauerunt
cõtra eum ad deum. quod patet. ij.
Machab. iij. Et ideo iſte tertiaꝫ co
ronam promeruit. Et ſuperbi inobe
dientes homines perturbãtes. ī om
nibus excedentes promerentur. Et
ideo vnuſquiſqꝫ debet ipſum expel
lere per humilitatẽ. Et ergo quo ad
thema. Erat ieſus eijciẽs dęmoniũ.
et illud erat mutum.

Dominica lętare. Sermo. xx.

Um ſuble-
uaſſet oculos ieſus. ꝛ vidiſ-
ſet turbam ꝛc. Joh. vj. Notã qꝫ ī
curijs dominoꝝ bene ordinatis vbi
maxima debet comedere multitudo
requirũtur tria. Primo ꝓuiden-
tia de neceſſarijs. quia prouidentia
ẽ virtus quę procurat de futuris cõ
tingentibus. Ideo dr̃ Prouẽ. vj. O
piger vade ad formicam ꝛ diſce ab
ea prouidentiaꝫ. q̃ colligit in ęſtate
vñ viuat ī hyeme. Secundo dꝫ
eſſe ordo ſeruientiũ. Naꝫ ſeruitores
quando ſunt intelligentes tũc prin
cipes in hoc laudantur. Tertio re
quiritur ordinatio ſedẽtiũ. vt vnuſ-
q̃ſqꝫ ſedeat ſcd̃m dignitatẽ ſuã. vt
ptꝫ Gen̄. xliij. ꝺ Joſeph qui poſuit
fratres ſuos ſcd̃m dignitatẽ ꝓgeni-
turę. Ita fecit chriſt⁹ princeps noſter
volens cibare maximam multitudi-
nem fecit prouidentiã. Quia vt dic

euangeliſta: Ipſe autē ſciebat qd eſſet facturus. Item habuit etiā ordinem ſervientium ſibi: qr ſuos duodecim apoſtolos. Itē loci eminentiam. Iuſſerūt eos ordinate ſedere. Et de h legitur in hoc euangelio.

Abijt Jeſus trans mare galileę qd eſt in regiōe tiberiadis. et fuit congregatio aquarum inter montes et circa iacebant decem ciuitates. Et ſequebatur eū maxima multitudo. q videbāt ſigna ſuper his qui infirmabantur. quos omnes curauit. Subijt igitur Jeſus in montem. id ē. aſcendit i mōtem. et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat aūt pximū paſca dies feſtus iudeorū. Cum ſubleuaſſet oculos et vidiſſet. quia magna multitudo veniebat ad eum. Dixit Jeſus ad philippū: Unde ememꝰ panes vt manducent hi. volens eū temptare. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Rñdit ei philippus: Ducentorū denariorū panes nō ſufficiūt eis. vt vnus quiſq modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius. andreas frater ſimonis petri: Eſt puer vnus hic qui habet quinq panes hordeaceos ⁊ duos piſces ſz qd ſunt inter tantos: Dixit ergo ieſus: Facite homines diſcumbere. Erat autē fenum multū in loco. Diſcubuerunt ergo viri nūero qſi quinq milia. Accepit ergo Jeſus panes. et cū gratias egiſſet. diſtribuit diſcūbentibus quantū volebat. Ut autem impleti ſunt. dixit diſcipulis ſuis: Colligite q ſuperauerunt fragmēta ne pereant. Collegerunt autē et īpleuerunt duodecī cophinos fragmentorū ex quinq panibꝰ hordeaceis quę ſuperfuerūt his qui manducauerunt: Illi ergo hoīes cū vidiſſent: quia fecerat ſignū dicebant: Quia hic eſt vere ꝓpheta qui venturus eſt in mundū. Quo ad thema: Cū ſublenaſſet oculos ieſus. Ex quo verbo eſt ſciendū ꝙ exemplo chriſti debemꝰ oclos noſtros quattuor modis ad cęlum leuare. Primo vt filij famelici ad patrem in quo ſperamus. Scdo vt ꝓfugi in montē ad quem cōfugiamꝰ. Tertio vt ꝑſecuti ī liberatorē ī quem cōfidamus. Quarto vt triſtes ī ↄſolatorē in quē gaudeamus. Et hęc qttuor tanguntur ī officio miſſę hodiernę. De pmo velut in patrem dicit euangelium. De ſecundo velut in montē dicit tractꝰ. De tertio velut ꝑſecuti dicit epiſtola. De quarto velut triſtes in cōſolatorem. dicit introitus miſſę. Letare hieruſalē. ⁊ conuentū facite oēs ⁊c. Primo debemus oculos noſtros ſubleuare ad deū patrem velut pueri famelici. id ē. eſuriētes ad parentes. Unde videmꝰ ꝙ omnes pulli. tam aīaliū ꝙ hoīū cū famē ſuſtinent. recurrunt ad parētes. Sicut patz Threñ. iiij. Pueri petierūt

panem ⁊ non erat qui frangeret eis illum panem. Item ps. Qui dat iumentis eſcam ipſorum ⁊ pullis coruorum inuocãtibus eum. Super illa verba dicit gloſa q pulli coruorũ paſcantur rore celi: q̃diu plume eorum non creſcunt nigre. Nam eorũ parentes vident pullos ſibi nõ aſſimilari non paſcũt eos donec videãt q eis aſſimilantur et ideo interim leuant oculos ⁊ roſtra ad deum prẽm q̃ paſcit eos rore celi. Iſte autẽ pater paſcit ſuam familiam hominum quinq panibus vt patet in euangelio hodierno. Primus eſt panis penitentie: et cum illo paſcit omnes qui agunt penitentiam pro peccatis. Eccs. x. Panẽ tuũ comede ĩ amaritudĩe anime tue. Et iſta amaritudo prouenit ex recordatione peccatorũ q̃ fecit. De q Eſa. xxxviii. Recogitabo tibi omnes annos meos ĩ amaritudine anime mee. Secundus eſt panis ſacramentalis q paſcit quotidie d altari omnes fideles ⁊ omnem familiã ſuam ſcz angelos ad quorũ honorẽ ⁊ leticiã talis panis benedicit' et ipſi ſunt preſentes. Et de iſto pane ſimiliter omnes anime in purgatorio exiſtentes recreãtur: q eorũ pena minuitur. Et homines ſine peccato mortali exiſtẽtes ſunt participes. Et ideo frangit ſacerdos ſacramentũ in tres partes. ⁊ omnes anime omnes angeli et oẽs fideles d vno pane ⁊ vno calice pticipant. Tertius ẽ panis materialis qui quotidie paſcit totũ mũdũ Et iſte panis non ſimiliter cõeditur Aliqui comedunt ĩ mẽſura ⁊ dolore. Aliqui comedunt in magna ſuperfluitate ⁊ irridẽt deũ patrẽ. De qbꝰ dr̃ Exo. xxxii. Sedebat ꝑplus mãducare: ⁊ ſurrexerũt ludere deũ blaſphemando ⁊ ideo ira dei deſcendit ſuper eos Iſte panis materialis debet quotidie a patre peti deuote dicẽdo: Panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie ⁊c. Panis iſte debet adquiri labore manuũ noſtrarum vt patet Geñ. iii. Cũ adã fuit expulſus de paradiſo dixit ad eũ dominus: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. De iſto pane debet homo propter honorem patris celoꝝ pauperibus dare elemoſynã vt dr̃ Tob. iiii. Nunq̃ comedi panẽ meum niſi pauper haberet partem ſuam. Quartus panis ẽ infernal' quẽ comedũt omnes damnati: quẽ pinſunt alias piſtant hic in peccatis ⁊ alibi comedunt eũ. De iſto pane dr̃ Prouer. xiii. Comedent panem impietatis et bibent vinum iniquitatis omnes peccatores tre. Quintus panis eſt panis celeſtis ⁊ illũ panem comedunt electi in mẽſa patris altiſſimi. De quo ait dominus Luc. xxii. Ego diſpono vob regnũ vt edatis et bibatis ſuper menſã patris mei: ⁊ ego miniſtrabo. Et hoc fit quando videmus deum oculo ad oculum quem nunc videmus p ſpeculum. Ideo debemꝰ primo ad deũ oculos ſubleuare ſicut filii famelici ad patrem panem petẽtes. Secũdo dico q debemus oculos ſubleuare ad deum vt profugi ad montem in quem fugiamus. Unde videmꝰ q quando homo eſt in terra inimico ⁊ ⁊ vndiq vallat' ⁊ videt altũ mõtẽ ⁊ caſtrum forte in eo cogitat: vtinã

eſſes in tali monte. cupie velles bene effugere manus inimicorū. Ita nos cum ſumus in terra malarū cogitationū. Debemus igitur leuare oculos mentis cū fiducia cordis ad mōtem eternitatis. Sic hodie canim᷒ ī officio miſſe. Qui confidunt ī domino ſicut mons ſion. non cōmouebitur in eternū qui habitat in hierusalem ciuitate celeſti. vbi nullus dolor. vbi nulla mors. vbi nlla diſcordia. vbi nulla ſenectus. Debe᷒ igit͛ ad deū oculos leuare. vt mittat nobis auxilium. ps. Leuaui oc̄los meos in montes vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meū a domino ꝛc. De quo legim᷒ hiſtoriam in libro de picturis. ꝙ erat quidā rex potēs et diues habēs duas ciuitates. vnā in tuto et alto monte. ꝛ aliam ī valle ab inimicis vallatā. et habuit duos filios: Unus habitabat cū patre in tuto monte. alius in valle obſeſſa. leuauitq̄ꝫ oculos filius ī valle ꝛ clamauit ad patrē pro auxilio Et pater ſcripſit quattuor litteras. Prima erat. peccatum et immūdiciam relinque et honeſtatem aſſume. ꝛ ſtatim te liberabo Secunda littera erat talis. dilige deū tuum ex toto corde tuo: quoniaꝫ ad ſimilitudinē ſuaꝫ te creauit. Tertia littera erat ſine amore nō poteris ſaluari Propter carentiam enim amoris homo perit. Quartaꝫ litteram miſit ſibi per proprium filium quem habuit apud ſe. et tenor littere erat talis. De oībus tuis nihil peto: niſi vt me diligas ſicut tuū germanum. Ad propoſitū. Ille rex diues ē deus pater. q̄ hꝫ ciuitates videlꝫ celi et mundi Una ē tuta in alto loco ſcꝫ monte. Ad queꝫ oculos noſtros ſubleuare debem᷒ et auxiliuꝫ petere. Hic habuit duos filios. ſcꝫ ieſum chriſtū. et humanā naturam in mūdo. Nūciauit igitur de᷒ pater hūane nature p tres nūcios. Prim᷒ fuit abraam patriarcha. cui mandauit ſic vt tenet pma littera: Peccatū ꝛ immūdiciā fuge. ꝛ hoc fecit et filij eius ad multa tēpora. Scd's nūcius fuit moyſes. ꝛ ille fuit cū dño in mōte ſinai et accepit tabulaꝫ q̄ſi litterā ſcriptam digito dei viui. Et ille primo nunciauit legē dilectionis. quia ad imaginem dei creatus eſt homo. vt patet Gen̄. p̄. Tertius nuncius fuit Hieremias ꝓpheta quem deus ſanctificauit ī vtero materno. Qui dixit: Sine amore nō poteris ſaluari ꝓꝑ cui᷒ carentiā hō perit. Quarta lraꝫ miſit ſibi p ꝓpriū filiū ſuū d monte eterno: q̄ ipſū hoīeꝫ redemit ſuo ꝓprio ſāguine. Et ille erat tenor ſue lr̄e. De oībus nihil aliud peto. niſi vt me diligas ſicut tuū germanū. Et ſic ē ꝙ debem᷒ oc̄los ſubleuare ad deū. ſicut ꝓfugi ad mōtē in quē fugiam᷒. Tertio debem᷒ oculos ſubleuare vt pſecuti ī liberatorem ī quē ſperam᷒. Uidem᷒ nāq̄ꝫ ꝙ hodie paupes. iuſti. ꝛ ſimplices a malis pſequunt͛ diuerſimode velut ver᷒ heres filius abrae a ſpurio hiſmaele. Verus heres eterni regni eſt iuſt᷒. ꝛ ideo eijcit͛ ſpurius fili᷒ ancille. Et h̄ oſtendit epl̄a hodierna que ſumpta eſt de geneſi. Et paul᷒ ponit eam ꝓ exemplo perſecutionis iuſtorum. et condemnatione malorū. Dicit͛ enī ꝙ abraam habuit duos filios. vnū

de ancilla·et aliū de libera·id eſt·de vxore propria. Sed cuȝ eēnt ambo paruli iſti pueri: videlicet yſaac verus heres et liber·⁊ hiſmahel ſpuri⁹ luſerunt in domo·⁊ ſpurius percuſſit verum heredeȝ. Quod ei⁹ mater moleſte ferens·⁊ tollens filium ſuuȝ ī gremium·dixit ad abraam: Tu pmiſiſti mihi quando deus daret m filium ꝙ velles eijcere ancillam ⁊ filium eius·quia filius ancille nō debet eſſe heres cum filio libere. Tunc abraam dixit ad ancillam: Tolle filium tuum et vade de domo mea·⁊ dedit ei cibaria pro via. Que iuit ī deſertum ⁊ voluit ire in egyptum·⁊ errauit ī deſerto·⁊ nō habuit aquā nec aliquid ad bibēdum per triduū ⁊ ita fuit deſperata propt̄ penuriā aque ꝙ voluit relinquere filium ibi ſub arbore ⁊ recedere. Sed puer clamabat poſt matreȝ·et mota ſūt materna viſcera·⁊ reuerſa ad puerum: ⁊ lachrymata eſt Et leuauit oculos ad deum ⁊ orauit. Tunc miſit angelum ſuum: qui eduxit eam ad fontē in deſerto·et ibi habitauit ad multos annos·et filius accepit vxorem de egypto·et creuit ī gentē magnā·⁊ iſti dicebantur hiſmahelite·et iſti ſemper perſequebantur filios abrae qui fuerūt veri heredes. Et ideo dicit apl'us in hac epiſtola. Ita ⁊ nūc oīs iuſt⁹ et penitēs eſt verus heres·ſed iuſti et boni veri heres a ſpurijs id eſt·a peſſimis perſequuntur. Sȝ veniet hora in die iudicij ꝙ ancilla ⁊ filius eius eijciētur·id eſt·corpus ⁊ anima ad deſertum eterne dānationis·vbi ſuſtinent ſitim·⁊ non habent aquaȝ miſericordie. ⁊ verus heres iuſtus ⁊ penitēs manet in hereditate patris. Liberi ſumus qua libertate chriſt⁹ nos liberauit. Ideo omnis homo qui eſt ſine peccato eſt liber et heres·et omnis peccator expellitur. Ideo omnis iuſtus ⁊ penitens ſi perſequitur·ſubleuet oculos ſuos ad dominum deum noſtrum·⁊ liberabit eum. Quarto dico ꝙ debemus oculos ſubleuare ad deū velut triſtes in conſolatoreȝ in quo gaudeam⁹. Et oſtendit ītroit⁹ miſſe Letare hierl'm ⁊ cōuentū facite oēs qui diligitis eaȝ·et iſta leticia venit ex ātiqua lege·q̄ hierl'm fuit deſtructa·poſtea reedificata·⁊ poſt captiuitatem reuocauit neemias omnem populū diſperſum·⁊ ait verbum ꝑallegatuȝ·letare hierl'm. Ita ſancti patres hodie in roma vbi eſt mater totius eccleſie·⁊ magna leticia ſpiritualis·quia celebrat papa miſſam ī eccleſia que dicitur ad ſāctam crucē in hieruſalē·⁊ poſt miſſaȝ hȝ roſam de auro in quam infundit vinū cuȝ balſamo et bibit. ⁊ tunc nobiles romani ſedent ante eccleſiam in equis precioſis·ornati veſtimentis·⁊ nobiliori romano quem videt inter eos tribuit hanc roſam·q̄ bibit ⁊ tribuit alijs·et cum leticia equitant per totam ciuitatem·et hoc inuenerūt ſancti patres·quia ſicut eccleſia iam eſt in medio .xl. debet ꝓ ſolaciū ſpūalē recreari·vt ait poeta. Interpone tuis interdū gaudia curis. Vinū ⁊ balſamū ſignificāt chriſtū deū ⁊ hoīem filiū ⁊ ſpiritūſanctū·⁊ aurū deū patreȝ Ita tres pſone ī vnū·ſic aurū·vinū·⁊ balſam⁹. Ergo letem̄ hodie·⁊ oīs triſtis leuet oculos ad deū vt ipſuȝ

conſolet᷑: Ergo ad thema. Cū ſub-
leuaſſet oculos ⁊c.

Dominica ī paſſione
Sermo .xxi.

tēp⁹. et ideo morte morieris. Thetel id eſt. appenſa ſunt opera tua in ſtatera bona ⁊ mala. ⁊ plura ſunt opera tua mala ꝗ̄ bona. et ideo morte morieris. Phares. id ē. deus diuiſit regnum tuū tribus regibus q̇ venient in breui et interficient te: et diuident regnū tuum. Et in ſequenti nocte accidit ei ſicut daniel ſibi expoſuit. et mortuus eſt. quia darius rex perſarum venit nocte: ⁊ occidit oēs ī ore gladij. ⁊ deſtruxit ciuitatem ꝛc. Ita ſpiritualiter induratus non cogitat que de⁹ multis peccatorib⁹ fecit. ſed permanet in peccatis. ⁊ vaſis aureis. ſcilicet memoria. volūtate. ⁊ ītellectu. quibus vti deberet ad laudem dei. vtitur ad laudē ⁊ honorē diaboli. Quod vidēs ipſe domin⁹: manu ſui rigoris ⁊ iuſticie ſcribit cōtra eū hec tria verba: Mane. id eſt. numeraui dies tuos quos cōpleui. ⁊ hoc propter peccata tua. Thetel. id eſt. cōſideraui opera tua bona et mala. et valde pauca ſūt opera tua bona. ſed valde multa ſunt opera tua mala. Phares. id ē. diuiſi iam regnū tuū peccator indurat⁹. Nam aīam tuā diuiſi diabolis. res tuas amicis. et carnem tuā vermibus. Et iſti tres ſic accipiūt vnuſquiſqꝫ partem ſuā: vt nullus eorū daret ptem ſuā pro alijs duabus. Nā diaboli non darent animam pro rebus ⁊ ꝓ corpore. nec vermes darent carnem pro anima vel reb⁹. nec amici darēt res temporales pro anima ⁊ pro corpore. ⁊ ideo miſera anima exiſtens ī purgatorio. clamat ad amicos qui tollunt res ſuas dicētes illud Iob. xix Miſeremini mei. miſeremini mei ſaltem vos amici mei. q: manus dn̄i tetigit me. Et ſic patet man⁹ ſecūda Ideo videte manus meas. Tertia manus: eſt manus percutiēs. et iſta percutit aliquos miſericorditer ꝑ infirmitatem ⁊ aduerſitatē. vt emendent ut ptꝫ ī figura Ezech. vj. Filij iſrael erexerūt idolū in campo et planitie nemoroſa in honore cuiuſdā idoli nomine baal. ⁊ illi obtulerunt filios et filias. vt etiam patet in pſa. Immolauerunt filios et filias ſuas demonijs. In h̄ prouocat⁹ eſt de⁹ et dixit ad Ezechielem. Vade ⁊ dic filijs iſrl': Extendā manū meā. ⁊ ꝑcutiam illos. ⁊ diſpergam baal d̾ loco iſto. Et percuſſit eos man⁹ domini. eos tribulando per inimicos eorum ⁊ per famē. ⁊ per mortē: et deſtruxit idolum. Et ſic emendauerunt ſe. et agebant penitentiā. Ita ſpiritualiť multi ſunt qui ī proſperitate ⁊ abūdantia rerum immolant demonijs. ⁊ non deo. quia magis eligunt creaturas ꝗ̄ deum creatorē. Qd̄ vidēs dominus extendit manū ſuā d̾ alto percutit per aduerſitates. vt emēdēť ⁊ laudent creatorem. Item illa manus potētie aliquos percutit ꝑ eternam damnationem. vt ait ī pſ. In manu potēti ⁊ brachio extenſo. Cū illis manu ꝑcuſſit regē Pharaonē. De quo legim⁹ Exo. iiij. ꝙ Pharao noluit dimittere pplm̄ dn̄i. h̄ ſ afflixit. Ideo clamabant ad celuꝫ. Et ait dn̄s: Induratum eſt cor Pharaonis. et nō vult dimittere populū meū niſi in manu forti. Et percuſſit totū regnuꝫ egyptioꝝ cum diuerſis plagis. Et tandem extendit manuꝫ et ſubmerſit eum ī mari rubro. Ita

vult facere omnib⁹ induratis in pec catis qui nolunt audire predicantē verbuꝫ dei·ſed magis indurantur· ⁊ illos tangit in manu potētie. Uñ ad Heb.x. Horrendum ē incidere in manus dei viuentꝭ. Itē Exo.xv. Extendiſti manū tuam ·et deuorabit eos terra infernalis. Et hec ē tertia manus quam videre debem⁹ oculis noſtris. Quarta man⁹ eſt manus tribuēs. Et hec man⁹ multa tribuit iuſtis Nam pmo dat gratiam ſanitatis. Unde ait ille homo cui⁹ filia erat mortua. Mat.ix. Dñe filia mea modo defuncta eſt·ſed veni impone manum tuā ſuper eaꝫ et viuet. Et ita debet dicere quilibet peccator cuius anima mortua eſt in peccatis. Iteꝫ iſta manus pietatis tribuit iuſtis fortitudinem. Unde ait euāgeliſta d' ſācto Johāne. Luc.p. Etenī man⁹ dñi erat cū illo· ⁊ cōfortauit illum in omni bono. Iteꝫ iſta manus pietatis deducet. Unde ps. Etenim manus tua deducet me · et tenebit dextera tua. Item iſta manus pietatis p⁹ hanc vitam tribuit electis tria. Nam tribuit eis benedictionem. Unde ps. Aperis tū manum tuam · et imples omne animal benedictione. Item iſta manus tribuit gaudium·id eſt·gaudiꝭ immēſitatē. Unde ait anima electa ſedēs cum deo in eternitate. Leua ei⁹ ſub capite meo·id eſt·ſiniſtra manus· et dextera eius amplexabitur me. Itē iſta manus tribuit electis honoris dignitateꝫ. Unde dicit.j. Petri v. Humiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet ī tempore viſitationis·id eſt·in die iudiciꝭ. Iteꝫ iſta manus tribuit electis quietis ſecuritatem· Unde dr̄ Sap.iij. Juſtorū aīe in manu dei ſunt·et non tanget illos tormentū malicie. Et ſic patet ad thema: Uide man⁹ meas· vide manum clementie· manum iuſticie· manum potentie pcutientem · vide manum pietatis dona tribuētē.

Dominica prima poſt octauas paſce. Sermo.xxx.

Ego ſum paſtor bon⁹· ⁊ cognoſco oues meas. Joh.x. Paulus doctor eccleſie dei ī epl'a ſua ad Eph.v. dicit qꝫ chriſtus eſt caput noſtrū·et nos mēbra ei⁹. Ipſe ē pater noſter·nos aūt filiꝭ eius. Ipſe ē rex noſter·nos vero pplus eius. Nos vero oues · et ipſe paſtor. Ergo ait: Ego ſum paſtor bonus. Q' autē eſt caput noſtrū·ponit rationē: Nam caput habet optimū locū in membris·et ē nobilius· ⁊ ē ſubtilius· ⁊ ē digni⁹. Ita chriſt⁹ obtinet excellētiorem locum in celo ⁊ in terra. Unde ait per pphaꝫ. Et ego ponā pmogenitū illum excelſuꝫ p̄ regib⁹ terre. Etiā ſic caput eſt ſubtili⁹· qꝛ hꝫ oēs ſenſus corpis ī qb⁹ cōſiſtit ſapiētia· ſic ī ſua ſapiētia excellit oēs ſapientias mūdi. Uñ Col.ij. In eo reconditi ſūt oēs theſauri ſapiētie. Et ſicut nobili⁹ ē mēbrū · ita chriſtus· qꝛ nos naſcimur ī peccatis· ipſe ſine peccato de virgine puriſſima de ſpiritu ſācto cōcept⁹· vt dicit j. Pe.ij. Qui peccatū nō fecit·nec ē īuent⁹ dol⁹ ī ore ei⁹. Etiā ē dignius

qꝛ caput hꝫ regere oīa mēbra corpo-
ris·ꝛ vitā eis miniſtrare·ꝛ oīa mem-
bra ſuare ad modū boni paſtoris·
q regit·miſtrat·cōſeruat ſuas oues
Ergo bñ pōt dicere verbū ꝑallega-
tū: Ego ſum paſtor bonus. Quō
aūt illas habeat regere·cuſtodire·li-
berare·ꝛ eis miniſtrare·cognoſcere·
ꝛ ſignare·patet in euangelio.

Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis in cena·qñ ꝓ cis et
ꝓ nobis voluit ire in mortē
Ego ſū paſtor bonus·bon⁹
paſtor aīam ſuā·id ē·vitā ꝫ·
ponit ꝓ ouibus ſuiſ· mercē-
narius·et qui nō eſt paſtor·
cuius nō ſūt oues ꝓprie vi-
dit lupū venientē·ꝛ dimittit
oues et fugit·et lupus rapit
ꝛ diſpergit oues. Mercēna-
rius autē fugit·qꝛ ſcꝫ ꝓ mer-
cede paſcit oues·et plus cu-
rat de mercede q̄ꝫ de ſalute
ouium·id ē·fideliū·quia nō
pertinet ad eum de ouibus
Ego ſū paſtor bonus ꝛ co-
gnoſco oues meaſ. ꝛ cogno-
ſcunt me meę. Sicut nouit
me pr̄: et ego cognoſco pa-
trem et animam meam po-
no pro ouibus meis. Et ali-
as oues habeo·ſcilicet gen-
tiles: q̄ non ſunt ex hoc oui-
li·et illos oportet me addu-
cere ꝑ meos apoſtolos poſt
aſcenſionem·et vocem me-
am audiet·q̄ fient chriſtiani
Et fiet vnū ouile·i·vna con-
gregatio fidelium in ſanctā
eccleſiā ꝫ·et vnus paſtor·ſcꝫ
papa ex parte mei·cui com-
miſi paſcēre ſanctam eccle-
ſiam. Etiāꝫ aliqui dicūt ſuꝑ
illo verbo. Erit vnū ouile et
vnus paſtor·ꝙ adhuc ante
diē ꝫ iudicij erit vna fides ꝑ
totum mundum. Quo ad the-
ma. Ego ſum paſtor bon⁹ ꝛc. No-
tā ꝙ bonus paſtor circa ſuas oues
id ē·fideles in ipſū credentes q̄ttuor
facit. Primo ſignat ſtudioſe·vt co-
gnoſcat. Scđo ꝓtegit affectuoſe·ut
cuſtodiat. Tertio liberat precioſe ut
poſſideat. Quarto paſcit fructuoſe
vt alliciat. Primo dico ſic ꝙ chri-
ſtus ſicut bonus paſtor ſignat oues
ſuas ſtudioſe vt cognoſcat hic·ꝛ in
morte·ꝛ ī die iudicij. Nā ſępe ſedu-
cit ouis vt occidat. Ita multi ſedu-
cunt vt occidant in aīa a lupo furi-
bundo·vt patet.ij. Reg.xij. vbi le-
gimus ꝙ dn̄s miſit ꝓphetā ad regē
dauid qui peccauit. Et ait ad eum:
Quidā pauꝑ hō habuit ouem quā
tenerrime dilexit·ita ꝙ illa ouis co-
medit de mēſa ſua·ꝛ bibit d̾ cipho
ſuo·ꝛ ī ſinu ſuo dormiebat. Sed ve-
nit q̇dam q̇ habuit multas oues. et
tulit ouem pauperis ꝛ occidit·quid
ille demeruit? Certe mortē dixit da-
uid. Quis ē iſte pauper niſi chriſtus
q̇ factus ē pro nob̄ ita pauꝑ ꝙ d̾ eo
dī in euāgelio Mat. viij. Vulpes
foueas habēt·ꝛ volucreſ cęli nidos·
filius aūt hoīs nō habet vbi caput
ſuū reclinet. Ille habuit ouē quam
tenerrime dilexit·ſcilicꝫ aīāꝫ ad dei
imaginē creatā·quam dilexit ꝛ dili-
git tm̄ ꝙ cibat d̾ menſa angelorum
pane vite·de ſacramēto altaris·ac
potat d̾ calice ſui ſanctiſſimi ſāguis
ꝛ dormit ī ſinu gratię ſuę ſācte eccl'ę

Qui igitur talem ouem·id ē·hoīem
iuſtum pſequitur et occidit: Quid
meret? Certe dauid dixit: Morteꝫ
meretur eternam. Vt igit̄ null⁹ infe
ſtaret·nec occideret oues chriſti·ſcꝫ
ſuos fideles·voluit ſignare eos ſtu-
dioſe. Cui⁹ figuram legim⁹ Geñ.
xxx. Jacob patriarcha ⁊ laban qdā
vir habitabāt ī vna regione·⁊ iuxta
ſe habebāt oues que fuerāt omnes
vni⁹ coloris. Dixit aūt iacob ad la-
bā: Volo ſignare oues meas ne ſit
iurgium iter te et me·et vt cognoſcā
oues meas·volo eas ſignare. Acce-
pit itaqꝫ Jacob virgulas amygda-
larū·⁊ diſcoloraūit eas·⁊ poſuit ī cā-
nali pleno aqua·vbi oues bibebāt
⁊ ex aſpectu amygdalarū ⁊ ꝟgulia:
agniculi fiebāt diuerſi coloris·et ſic
cognouit iacob oues ſuas ab ouib⁹
laban. Jta ſpiritualiter·dñs noſter
⁊ laban diabol⁹ habent ſimul oues
in iſto deſerto huius mūdi. Ne igit̄
fiat iurgium inter eos in die iudicij
ſignat chriſtus oues ſuas. Poſuit
itaqꝫ domin⁹ virgulas amygdala
rum·id ē· ſāctos ⁊ ſanctas·vt iohā-
nem baptiſtam·⁊ iohānem euange
liſtam·katherinam ſanctam·et bar-
baram ſanctam·et alios ſanctos et
ſāctas·quos diſcolorauit diuerſis
coloribus in eorum paſſione·rubeo
colore ex ſanguīe·albo colore ex cā
ſtitate·nigro colore ex humilitate.
Tales igitur oues chriſti debent in-
ſpicere vitam eorꝫ·vt inſpectionē
vite eoꝝ pducant fructuꝫ ſimilē·et
ſic accipit ouis chriſti ſignum a ſan
ctis·et iſtud ſignum imprimitur in
baptiſmo. Tunc veniens in die iudi
cij ſtatuet oues ſuas a dextris·id eſt
ad vitam eternam habentes chriſti
ſignum·ſed oues laban·id eſt·ma-
los iudeos·gentiles·et malos chri-
ſtianos ſtatuet a ſiniſtris·quia ha-
bent ſignum illius cuius opera fece-
rūt. Secundo bonus paſtor p-
tegit affectuoſe vt cuſtodiat Unde
Eſa. lx. Sic paſtor vigilat ſup gre-
gem ſuum vt protegat·ita vigilabo
ſuper vos dicit dominus. Huius le
gim⁹ figuraꝫ Ezech. viij. Dixit do-
minus ad Ezechielē. Veni et oſtē-
dam tibi quid faciam ouibus·⁊ vi-
dit ſeptuaginta viros ſtare·⁊ habe-
re dorſum ad templum·et ad orien-
tem habentes faciem·et venerūt ſex
angeli cum ſex ſecuribus vt interfice
rent eos. Sed venit quidaꝫ indut⁹
lineis albis ad modum paſtoris di-
cēs ad illos ſex: Ne percutiatis do-
nec ſignemus illos qui pertinent ad
deum: ⁊ protexit eos donec ſuos ele
git·⁊ in frontibus illorum impreſſit
ſignuꝫ thau. Et poſtea ait: Percu-
tite omnes alios·illos non protegā·
quia nulli pepercerunt. Jta ſpiritua
liter·per illos ſeptuaginta viros ſtā
tes·nota congregationem omnium
hominū·vertentiū dorſa ad tēplum
quia deum non honorant·vertētes
faciem ad ortū ſolis·expectātes diē
iudicij. Venient igit̄ ſex angeli cum
ſex ſecuribus·vt omnes interficiant
propter peccata hominum. Sꝫ ait
paſtor bon⁹ indutus alba veſte·ſci-
licet carne puriſſima·protegēs ſuos
fideles dicens: Nolite percutere do-
nec meas oues eligam·et tunc nulli
parcent·ſꝫ omnes percutient q̄ non
ſūt de ouili boni paſtoris. Prima
ſecuris quia peccator percutitur eſt·

ſuperbia. Unde ps. Percuſſiſti caput de domo impij. Domus impij est conſcientia mala. vbi ſuperbia est caput omnium malorum. Secunda ſecuris est morbus qui multos improuiſe percutit. Unde. ij. Paral. xxi. Percuſſit dominus Joram languore inſanabili. Tertia ſecuris que percutit ouem laban. et non ouem christi est grauitas peccatorum: que magis percutiunt miſeram animam quam magna ſecuris corpus. Unde dicit Amos. vj Percutiet domum maiorem ruinis. et minorem ſciſſionibus. Maior domus est anima. et minor est corpus. que ambo percutiuntur ſecuri peccatoris. Unde in ps. Securi et aſcia deiecerunt eam videlicet ouem morbidam et malam. Quarta ſecuris qua ouis laban percutitur est mortis acerbitas. Unde ſicut dicitur Amos. ix. Percutite cardinem et mouebuntur ſuperliminaria. Cardo est corpus. ſuperliminaria ſunt vires. que omnes mouebuntur. quando mors cum ſecuri ſua percutit corpus Quinta ſecuris percutiens ouem laban. id est. malum hominem. est ſeueritas iudicij. Nam in ictu oculi iudicatur quando miſera anima egreditur. Unde dicunt tales oues laban. id est. diaboli ſerui mali christiani. Inique egimus contra te. et ad iracundiam te prouocauimus: Jdcirco percuſſiſti nos. nec pepercisti nobis. Et hoc fit quando de ore eius exibit gladius acutus. Sexta ſecuris que percutit oues laban. id est. diaboli. est pene eternitas. Unde Prou. xix Parati ſunt mallei percutientes ſtultorum corpora. Et iſtud ps. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Tunc igitur in illa extrema neceſſitate: quando celi mouendi ſunt et terra. oues christi tanquam a bono paſtore protegentur vt non percutiat eos quiſque. Unde ps. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Et ſic patet quod christus bonus paſtor protegit oues ſuas affectuoſe vt cuſtodioſe. Tertio christus velut bonus paſtor liberat oues ſuas precioſe vt poſſideat. Unde eramus venditi et perditi propter peccata primorum parentum. ſed neque auro neque argento liberauit nos. ſed precioſo ſanguine christi liberati ſumus. Et ideo figuratus est per bonum paſtorem dauid. de quo legimus. j. Reg. xvij. Jeſſe qui fuit pater dauid vir iuſtus. miſit filium ſuum dauid quem diligebat paſcere oues ſuas. et veniebat leo. et vrſus tollens predam de ouibus dauid quas paſcebat Sed dauid ſurrexit cum baculo et pera paſtoris. occidebat eos. et liberauit oues ſuas. quia dominus cum eo erat. Moraliter. per Jeſſe nota patrem in diuinis. qui habuit multas oues in hoc mundo. id est. animas. ad imaginem dei creatas. Sed venit leo ſuperbie lucifer. et vrſus ſathanas auaricie. et tulerunt predam. Miſit igitur pater filium ſuum dauid. ſcilicet christum paſcere oues in hoc mundo. ſcilicet ſuos fideles. Venit igitur leo et vrſus id est. demon et mundus. animam deuorando. ad lymbum per ſuam potentiam ducendo. Quod videns dauid. id est. christus. accepit baculum id est. ſanctam crucem. et cum leone. et vrſo pugnauit. et eos ſuperauit. et

oues captas in lymbo ſedentes ad
quinqꝫ milia annorum liberauit. et
libertati reſtituit. Vñ pſ. Eduxit
eos de tenebris et vmbra mortis. et
vincula eorũ dirupit. et libertati de/
dit. Ergo chriſtꝰ bonꝰ paſtor oues
ſuas liberauit. vt eas quaſi ſuas in
libertate poſſideat. Quarto dico
ꝙ chriſtus paſtor bonꝰ paſcit oues
ſuas fructuoſe vt eas alliciat. Pa
ſcit eas oues. i. fideles diuerſis cibariis.
Primo cibo naturali. vt fru/
ctus terre et arborũ ꝓ nobis produ/
cendo vt nos paſcat. Vnde Leuit.
xxvi. Dabo vobis pluuiã ſerotinã
et imbrẽ matutinum. et terra gignet
fructus ſuos. ⁊ arbores pomis reple
buntur. Scdo paſcit eas de car/
nibus pecoꝝ diuerſorũ. Unde pſ
Omnia ſub pedibus eiꝰ oues et bo
ues vniuerſas inſuper et pecora cãpi.
volucres celi. et piſces maris. Ter/
tio paſcit oues eiꝰ pane ſancte do/
ctrine verbi dei. Eccl. xv. Cibauit
eos pane vite ⁊ ĩtellectꝰ. Quarto
paſcit oues eius cibo ſacramentali.
Joh. vi. Caro mea vere eſt cibus. ⁊
ſanguis meus vere eſt potus. Huiꝰ
legimus figuram Exo. iii. ꝙ moyſes
paſcebat oues. ⁊ minabat eas ĩ inte/
riora deſerti. ⁊ ibi paſcebãtur ĩ her/
bis virẽtibus. Ita chriſtꝰ minat gre
gem ſuarũ ouium in interiora deſer
ti. i. ad ſolitariam vitam. vitã huiꝰ
mundi fugiendo. et ibi in herbis vi
rentibus. id eſt. in duodecim articu
lis fidei quibus homo vireſcit ĩ vir/
tutibꝰ. Et ſicut moyſi ibi loqueba/
tur Ita ieſus loqtur ſuis ouibꝰ in ſpi
rationibꝰ diuinis. De iſtis paſcuis
vberrimis dr̃ Ezech. xxxiiii. Ego re/
quiram oues meas: et paſcam eas ĩ
montibus iſrael. ⁊ ibi requieſcent ĩ her/
bis virentibus. Quanto enim mõ/
tes ſunt altiores. tãto flores ⁊ herbe
dulciores propter rorem. qui citius
cadit in mõtes ꝙ̃ in valles. Et oues
libentius comedunt ĩ montibus: ꝙ̃
in vallibus. ⁊ lac eo dulcius eſt pro
pter herbas montium. Ita ſpiritua
liter. quanto altius homo aſcendit
montem contemplatiõis. tanto dul
cius paſcitur in diuinis. Et quanto
magis tendit ad ima conuallium. tã/
to minꝰ capit de dulcibus. Et ideo
monet ipſe ꝓpheta Eſa. ii. oẽs oues
atqꝫ fideles chriſti. dicens: Venite
aſcẽdamus ad montẽ dñi. ⁊ ibi pa
ſcua inueniamus. Ergo dominꝰ no
ſter ieſus chriſtus paſtor bonus qui
etiam ſuas oues ſignat. protegit. li/
berat et paſcit ⁊c.

Poſt octauas paſce dominica iubilate. Sermo xxxi.

Vos vero
cõtriſtabimini. ſꝫ triſti/
cia veſtra vertet᷑ ĩ gau/
diũ. Joh. xvi. Nota ꝙ quattuor
ſunt ſtulticie ꝓpter quas homo ſepe
cõtriſtatur. Prima eſt hoĩez ĩ ta/
li ſtatu viuere ĩ q̃ ñ audet mori. Vñ
dr̃ Eccl. xiiii. Mors nõ tardat. Et
ĩ. xli. O mors ꝙ̃ amara ẽ memoria
tua. Scda eſt ꝓ viliſſima re vitã
exponẽ. Sicut naboth. iii. Reg. xxi.
expoſuit vitam ſuã: ⁊ perdidit pro
parua vinea. Nam rex vocauit eũ
⁊ dixit. Da mihi vineã. Reſpõdit:
Nolo. Tũc miſit falſos teſtes. et eũ

ſapidare fecit. ⁊ ſic triſtabat. Tertia ē iter bonum ⁊ malū eligere malum. ⁊ bonū ſpernere. ſicut fec̄ moyſes. cui rex pharao poſuit coronam ſup caput eius: cū adhuc eſſet puer. et piecit coronā. Tūc accepit carbonem ignitū ⁊ aurū. ⁊ ꝓbuit puero. ⁊ puer elegit carbonē. ⁊ oīes dixerūt: Stulticia ſua ē. Quarta ſtulticia eſt. qn̄ hō vendit hereditatē paternam ꝓ cipho pleno lentib⁹. Ita fec̄ eſau. Vendidit enī ꝓmogenita ſua fratri ſuo Jacob. ꝓ vna ſcutella plena lentib⁹. vt ptz Gen̄. xxv. Ita ſpiritualiter. qui nunq̄ cogitat ꝺ morte. ſed ſemper gaudet in vanitatib⁹. ſepe ex hoc triſtatur. Itē homo ſepe gaudet coronans ſe corona ſupbie: ⁊ perdit coronā glorie. Item homo ſepe vendit benedictionē celeſtis hereditatis ꝓ gaudio vanitatis. Sed chriſtus ꝓmonēs ſuos diſcipl'os ne ipſi ſtulte in his agerēt. ſꝫ melius eēt eis hic modicū triſtari. et poſt hanc vitā eternalit̄ gaudere. Et ideo ait vt ſup̄. Vos vero cōtriſtabimini et mundus gaudebit. ſꝫ triſticia veſtra vertet̄ in gaudiū. vt ptꝫ ī euāgelio.

Dixit Jeſus diſcipulis ſuis in cena: Modicū iā et nō videbitis me. et iterū modicuꝫ ⁊ videbitis me. quia iam vado ꝓ vobis in mortem. Et iterum quādo reſurgo. iterū videbitis me. et in aſcenſione mea quādo vado ad patrem. Dixerunt ergo diſcipuli adinuicem: Quid hoc ē. ꝙ dicit nobis. modicū ⁊ nō videbitis me. et iterū modicum et videbitis me. q2 vado ad prēꝫ. Dicebant ergo: Quid eſt ꝙ dicit nobis modicū? Neſciun⁹ quid loquitur ⁊ non intelligimus. Cognouit autē Jeſus. quia volebant eū interrogare. et dicit eis: De hoc queritis inter vos. quia dixi vobis. modicum ⁊ nō videbitis me. et iterum modicū et videbitis me. Amen dico vobis. quia plorabitis ⁊ flebitis vos in hoc mūdo propter perſecutiones mundi. Et mundani gaudebūt. q2 vos perſequentur. vos aūt contriſtabimini ꝓpter mortem meam. Sed triſticia veſtra vertetur in gaudium. q2 videbitis meam gloriam. Unde dicaꝫ vobis parabolam: Mulier cuꝫ parit triſticiam habet. quia venit hora eius. De qua ait pater ī Geneſi ad euaꝫ: In dolore paries filios tuos. Cum autez peperit pueruꝫ. iam nō meminit preſſure propter gaudium: quia natus eſt ei paruulus in mundum pulcer ſcd̓ꝫ imaginem ei⁹ et creatoris. Et vos igit̄ nūc triſticiā habetis. Iterum autem videbo vos. et gaudebit cor veſtrum. et gaudium veſtrū nemo tollet a vobiſ. q2 eternaliter mecum gaudebitis.

Nota ꝙ quattuor genera boīum triſtantur propter quattuor cauſas. Primi ſūt penitentes. qui triſtātur de peccatoruꝫ cōmiſſione. Secūdi

ſunt in mundo gaudentes · qui triſtantur de gaudij amiſſione. Tertij ſunt fortunati · de fortunę mutatiõe Quarti ſunt hypocritę qui triſtant᷑ de vult⁹ exterminatione. Primo dico ꝙ pęnitentes triſtantur de peccati cõmiſſione · et eſt bona cõtriſtatio. Quãdo homo cogitat: Ecce tu deum offendiſti tuum creatorem · et ꝓpter hoc triſtat᷑. Unde ait dauid: poſtq̃ peccauit · ī pſ. Quare triſtis es aīa mea: ⁊ quare conturbas me: Spera in domino: quoniã adhuc confitebor illi vt mihi peccata mea dimittat · quia miſerationes ei⁹ ſuꝑ omnia opera eius. De iſta cõtritiõe animę pęnitentis legimus figuraʒ ī antiquis libris iudęorum · ꝙ erat q̃dam pulcra puella cuidam magno principi deſpõſata · et illa reliq̃t ſuũ principem · et adheſit cuidam malo tyranno · ꝓpter qđ venit in magnaʒ triſticiam. Et tandem triſtis cognouit: ꝙ male fecit · ⁊ miſit ad principẽ quem reliquit quattuor anulos In primo fuit ſculptum · amore lãgueo In ſecundo · languore pereo. In tertio · pereundo ſpero. In quarto · ſperando reuiuiſco. Et cum hoc quattuor litteras. In prima · quẽ fugi diligo. In ſecunda · queʒ dilexi fugio In tertio · ꝙ fugi pęniteo. In quarta · pęnitendo gaudeo. Ad ꝓpoſitũ Iſta puella eſt anima peccatrix quę eſt pulcra dum eſt ſine peccato. Unñ de ea dicit domin⁹ Cant̄ .iiij. Tota pulcra es amica mea · ⁊ macula non eſt ī te. Et iſte magnus princeps cui eſt deſpõſata ē chriſt⁹ · q̃ ait Oſee .ij Deſponſabo te mihi in fide · videlicet ī baptiſmo vbi renũciãt diabolo

Sed relinq̃t ſuum principẽ · quãdo peccatũ mortale cõmittit · ⁊ adheret diabolo cuius voluntatẽ facit. Sʒ deus immittit ei ſępe contritionem de peccatis. Tunc poteſt dicere ad chriſtũ · ſicut habet᷑ ſupra in anulis. Amore langueo ex nimio deſiderio ęternoꝝ · et lãguẽdo pereo ex formidine coꝝ q̃ feci · ꝫ ſperãdo reuiuiſco · q꞉ ſcio meũ creatorem ⁊ redemptorẽ ita miſericordem · qui ait ꝑ ꝓphetã Ezech. xviij Nolo mortẽ peccatoꝝ · ꝫ vt magis pęniteat et viuat. Item ibideʒ. Peccator in quacunq꞉ hora īgemuerit · peccatoꝝ ſuoꝝ ampli⁹ nunq̃ recordabor · et ideo gaudeo. Et in lr̄is ſcripſit. Quẽ fugi modo diligo · id ē · dominũ meũ ieſum chriſtum · et queʒ dilexi · videlicet diabolum · modo fugio ꝑ pęnitentiã. Et ꝙ fugi modo peniteo · videlʒ ṽba dei audire ſępe fugi · ⁊ pęnitẽdo mõ gaudeo. Ideo etiã tꝪis triſticia ē bona · q꞉ hoĩeʒ in aīa ſaluat · ⁊ in ꝯſciẽtia letificat. Unde Berñ. Anima quę triſtis eſt ſuꝑ magnitudinẽ peccati · et incuruata incedit ex timore domini · illi dominus dabit gratiaʒ ⁊ letificabit eã · ⁊ ſic triſticia vertetur ī gaudiũ. Scđo dico ꝙ de mũdo gaudentes triſtãtur de gaudij amiſſione. Unñ de illis dicitur Iob. xxj Gaudent ad ſonitum organi · et in pũcto ad infernuʒ deſcendunt. Et ſic triſtantur. Ideo dicitur Eccs. vij Melius eſt ire ad domuʒ luctus q̃ ad domũ cõuiuij · quia gaudiũ dolore ſępe miſcet᷑. Nã videm⁹ ī naturalib꞉ ꝙ ſępe poſt aurã clarã ⁊ ſplendorem ſolis ſequitur pluuia et tempeſtas · et poſt ęſtateʒ venit hyems

De tali gaudio tēporali quādo hō
hoc perdidit triſtatur. Legimus fi
guram Jone .iiij. ꝙ Jonas ꝓpheta
domini multum feſſus fuit ex labore
itineris tempore eſtiuali. ⁊ nullū ha
buit refrigerium. ſed poſuit ſe iuxta
viam vt requieſceret et obdormiuit
Et videbatur ſibi ꝙ ſuper eū creſce
ret arbor magna. ſcilicet hedera que
creſcit ad muros. et ex illa habuit
gaudiū in vmbra. Et ſtatim venit
vermis corrodens arborem et aruit
⁊ folia ceciderunt: ⁊ vmbra ab eo re
ceſſit ac ꝑterijt. ⁊ ſic euigilauit ꝓpha
⁊ triſtis nimis erat. quia nō habuit
iterum refrigeriū. Ita moraliter. hō
ambulat in hoc mundo diuerſa lo
ca hincinde. ⁊ gaudet in tranſitorijs
iuxta viam vanitatis. ⁊ in gaudiū
mundi tranſit ſicut vmbra. vt dicit
Job. viij. Sic vmbra preterūt gau
dia. Et cū ſic requieſcit ſub vmbra
letitie gaudet. Sed venit vermis cor
rodens arborem corporis et folia ca
dunt. quia omnes vires deficiunt. ⁊
tunc anima exiens de corpore: ⁊ q̄ſi
de ſomno euigilans triſtat'. quia tunc
non habet refrigeriū a deo. Ideo
dicit Hieremias Threñ. v. in per
ſona illorum dicēs: Defecit gaudi
um cordis noſtri. verſus ē in luctū
chorus noſter. ⁊ corona capitis no
ſtri cecidit. ve nobis quia peccaui
mus. Et ſic patet ꝙ aliqui triſtant'
de gaudijs trāſitorijs amiſſiōe. Ter
tio aliqui triſtātur. videlicet fortu
nati de fortune mutatione. Nā for
tuna multos exaltat in hoc mūdo.
vnde ipſi gaudent: ⁊ multos deijcit
ac deponit vnde triſtantur. Vn̄ ait
poeta. Quē vult exaltat. quē vult
fortuna recalcat. Huiꝰ legimꝰ figu
ram Heſter .iij. ꝙ aſſuerus rex ha
buit quendam aduocatum q̄ voca
batur aman. et ille aman fuit multū
magnus ⁊ potēs. ⁊ ī gloria eleuatꝰ:
et alius bonus homo noīe mardo
cheus fuit apud regē quē rex voluit
etiā apud ſe in gloria exaltare. Qđ
aman vidēs. ex inuidia illi mardo
cheo mortē apud regē ꝓcurauit. ⁊ ī
curia ſua patibulum erexit: ut ipſū
ibi ſuſpēderet. Qđ ꝑcipiēs mardo
cheꝰ. excuſauit ſe apud regē. et accu
ſauit aman. Tunc rex miſit ꝓ aman
et dixit: Quē rex vult honorare. q̇d
debet illi fieri? At ille putabat ꝙ rex
vellet ipſū honorare. ⁊ ideo ait: Do
mine quē rex vult honorare. dz poni
in equo regis. ⁊ indui veſtimētis re
galibus: ⁊ duci per totam ciuitatē
⁊ clamari in omnibus angulis pla
tearū: Sic debet honorari quē rex
vult exaltare. Et tūc ait rex: Hoc tu
debes facē mardocheo inimico tuo.
et oportebat ꝙ faceret illud aman
qđ ꝑcepit ei rex Et ſic triſtis magis fuit
ꝙ ſic debuit īimicū ſuū ī tāto hono
re honorare. ⁊ ipſe pedeſter currere ⁊
clamare. Et ſic fortuna aman exal
tauit et eiecit mardocheū. et ſtatim
exaltauit ecōuerſo mardocheum et
eiecit aman. Ita ſpiritualiter. For
tuna mūdi ē inſtabilis ⁊ multos ex
altat vn̄ gaudēt. ſed cum eijcit eos ī
lutū ꝯtumelie. magis triſtant'. et ſic
gaudiū illorū cito mutatur ī contu
meliam et triſticiā. Ideo dı̄ Prouer.
xvij. Spiritus triſtis exiccat omnia
oſſa. Oſſa ſunt virtutes anime que
omnes deficiunt ꝓpter amiſſionem
fortune. Quarti ſūt hypocrite. q̄

triſtantur de vultus exterminatiõe De quib⁹ dī Mat. vj. Nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminãt enim facies ſuas ⁊ habẽt facies ma/cras propter lucrum et laudem hominum. Quis hominib⁹ eſt ignota eorum triſticia tamen deo ē manifeſta eorũ nequicia ⁊ talis triſticia eſt doloſa. Unde dī Mat. xxiij. Ve vob hypocritȷ̃ qui ſiſes eſtis ſepulcrȷ̃ foris dealbatis ĩtus pleni ſpurcȷ̃s. Jſti autem aſſimilantur parietibus qui ſunt intus de luto et exteri⁹ ſũt picti et dealbati ita ꝙ apparent ꝙ ſint de lapidibus politis cementuȝ ē color exterius poſitum et tegit qđ ē interius Sed quãdo paries percutitur et domus deſtruitur tunc vi/debitur aperte quid latebat interi⁹. Huius legimus figurã Ezech. viij. Dixit domin⁹ ad Ezechieleȝ. Vade in templum domini ad domum anteriorem. Et cum ibi eēt propheta ait dominus: Vides tu parieteȝ iſtuȝ? Reſpondit: Video domine. Et ait: Perfode domuȝ et parietē Et fodit foramen magnum per parietem. Et dixit: Vide. Et vidit ꝓphets abominationes peſſimas pictas ad parietē in circũitu quas homines occulte ſolēt facē. Et ait dominus: Jſta auteȝ manifeſta erunt tempore mortis ⁊ ĩ iudicio ꝗ modo occulta ſunt in mundo. Jta ſpiritualiter per parietem qui occultatur ĩ domo nota hypocritaȝ qui apparet hominibus bonus et quaſi ſemper ſit triſtis pro deſiderio eternorũ cũ tamē hoc facit pro lucro mũdanoꝝ Sed cum venerit mors et percutit illum et ꝑfodit parietes domus conſcientie que ſunt latera corporis de luto peſſimo ſed foris dealbati per ſimulationem ſanctitatis ⁊ virtutis Unde ait paul⁹ ad Ananiam Act. xxiij. Percutiet te dominus paries dealbate. Et tũc ſtatim tēpore mortis in die iudicȷ̃ apparent abominationes id eſt mala opera et male cogitationes que latebant ab intra. Unde petrus rauēnenſis doctor in quodaȝ ſermone ait: Hypocriſis ē ſubtile malum ſecretuȝ virus tinea ſanctitatis. Triſtantur coraȝ hominib⁹ pro terreno lucro. Jdeo triſtabuntur coram deo angelis ⁊ electis ꝑ eterno damno. Ergo quo ad thema: Vos vero triſtabimini ſed triſticia veſtra vertetur ĩ gaudiũ. Mulier cũ parit triſticiam habet ⁊c.

Dñica tertia poſt paſca Sermo xxxiȷ̃.

Cum venerit ille arguet mũdũ. Job xvj. Nota ꝙ q̇ vult aliuȝ arguere debet q̃ttuor cõſiderare. Primo ꝙ ille quem vult arguere ſit arguendus. Unde Aug⁹. Si me arguis ⁊ non ſum culpabilis teipſum ledis. Scđo ꝙ qui vult arguere non ſit redarguendus. Uñ ait boeti⁹: Pudor eſt doctori diſcipulum arguere quando culpa redarguit ipſũ. Uñ ait poeta. Tunc alios culpa cum tu fueris ſine culpa. Tertio debet cõſiderare temp⁹. Naȝ quãdo aliquis vellet aliũ arguere coraȝ omĩ ꝑplo ⁊ ipſũ ꝯfũdere nõ eēt bona redargutio. Jdeo ait dñs Mat. xviij. Si

peccauerit frater tu⁹ in te· corripe eū inter te et ipsum solum. Si audierit te lucratus es eum· si te non audierit q̄ dimittat: adhibe duos vł tres· ⁊ si adhuc non audierit· sit tibi quasi ethnicus et pagan⁹. Quarto dȝ ꝯsiderare mores ꝑsonę quē vult arguere. Naȝ multi sunt q̄n arguūtur peiores efficiūtur. Sicut alexander rex multos occidit q̄ ipsū arguebāt: Tandē q̄dam ph̄s ipsū multū subtiliter arguebat· vnde bonos mores ab eo capiebat. Itē patet ꝺ nerone imꝑatore qui suum doctorē senecaȝ occidit· eo q̄ ipsū de malicia sua arguebat. Sȝ christ⁹ bene poterat arguere· ⁊ bene pōt arguere in iudicio· q̄r fuit ⁊ est sine redargutiōe. Vnde j. Pet. ij. Qui peccatum non fecit· nec ē inuētus dolus ⁊c̄. Itē bene p̄t arguere· q̄r peccator arguēdus est in multis. Iteȝ ipse bene ꝯsiderat tp̄s q̄n dȝ arguere. Ipse multꝫ ħ ꝑcit q̄s ī die iudicij acriter arguet. Itē ipse subtiliter arguit. Nā aliq̄s ꝑ infirmitatē vt emēdent· aliq̄s per aduersitatem: vt ipsū cognoscāt· aliquos ꝑ irā districti iudicij et rigoris. Ideo ait dauid postq̄ꝫ peccauit. Domine ne ī furore tuo arguas me. Itē Job xiiij. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me donec ꝑtranseat furor tuus. Et ħ patet in euāgelio.

Dixit Jesus discipulis suis: Vado ad euȝ qui me misit· et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed q̄r hęc locutus sū vobis· tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatē dico vobis Expedit vobis vt ego vadā. Si eniȝ nō abiero· paraclitus nō veniet ad vos. Si aūt abiero mittam vobis eū Et cuȝ venerit ille arguet mūdū de peccato ꝺ iusticia ⁊ ꝺ iudicio. De peccato quidem· quia non credunt ī me. De iusticia vero· quia ad patreȝ vado: ⁊ iam non videbitis me. De iudicio auteȝ· quia princeps· id ē· diabolus· iam iudicatus est Adhuc multa habeo vobis dicere· sȝ n̄ potestis portare modo· id ē· retinere. Cū autem venerit ille spirit⁹ veritatis docebit vos omneȝ veritateȝ. Non enim loquetur a semetipso· sed q̄cunq̄ꝫ audiet a patre: ⁊ me loquet̄ Et q̄ uentura sunt annūciabit vobis· id est· me clarificabit et manifestabit· quia de me accipiet et annunciabit vobis. Ad thema. Cum venerit ille arguet mūdum. Per mundum intelligitur homo. Nam sicut mundus maior constitutus est de quattuor elementis· videlicet de terra· igne· aere· ⁊ aqua. Ita homo qui dicitur minor mundus. Nā caro quę est in homine et ossa· sunt de terra· sangwis de aqua· et anhelitus vel spiramen est de aere· calor naturalis de igne. Ergo mundum arguet· id est· hominem· mūdum scilicet minorem. Arguet auteȝ hominem a quattuor quę tangūtur in hoc euāgelio. Primo in deum non credentes: vt ipse dicit· quia non credunt in me ⁊c̄. Scd̄o peccatū cōmittētes

quia de peccato ꝛc. Tertio iuſticiã non ſectantes. q: de iuſticia. Quarto iudiciũ non timentes. Primo dico ꝙ deus arguet acriter in eũ nõ credentes Unde arguit duos diſcipulos in via ambulantes. Luc. vlti. O ſtulti ꝛ tardi corde ad credendū in his que ſcripta ſunt. Fides autẽ ẽ vita aĩe. Nam videmus ꝙ arbores in hyeme moriũtur. in eſtate ꝑ calorem ſolis reuiuiſcunt. Ita aĩa ꝗuis viuit ĩ corpore. tñ ꝗdiu eſt ſine fide. mortua eſt ſicut arbor ĩ hyeme. Sꝫ quando fides venit in corda hoĩuꝫ non credentiũ. incipiunt reuiuiſcere vt dĩ Jacobi. ij. Fides ſine operibus mortua eſt. Igitur illa que credimꝰ de chriſto. fide teneamus: ꝛ ope impleamus. Si enĩ credo ꝙ chriſtꝰ fuit humilis. ꝛ ego ſũ ſupbus. qd ꝓdeſt mihi ſua humilitas? Si ego credo ꝙ chriſtus fuit pius: ꝛ ego ſũ auarꝰ. quid ꝓdeſt mihi ſua pietas? Certe nihil. Si ego credo ꝙ chriſtus fuit miſericors. et ego nulli miſereor. qd mihi ꝓdeſt ſua miſericordia? Certe nihil. Si ego credo ꝙ chriſtꝰ fuit caſtus: ꝛ ego luxurioſus. qd mihi prodeſt ſua caſtitas? Certe nihil. Si ego credo ꝙ chriſtꝰ fuit mãſuetus ꝛ ego iracũdus. quid mihi ꝓdeſt ſua manſuetudo? Certe nihil. Et ideo dicit' Heb. xj. Sine fide bonorum operum. impoſſibile ẽ placere deo. Ideo fides eſt vita aĩe. Iteꝫ fides eſt lux aĩe. Unde videmus quãdo aliquis poneret quattuor pelues de quadruplici materia. vnam de auro. aliam de argento. tertiaꝫ de ferro. quartaꝫ de plũbo. In illud aũt qd ſimilĩ ſoli ẽ. ſol reſplẽdet. Moraliter. ꝑ plumbeã peluim nota cor hominis quod cito recedit. ꝛ ꝑ paucũ tẽpus credit. Per peluim ferreã nota cor hominis induratuꝫ quod omnino credẽ nõ vult Per peluim argenteã nota cor hominis qd habet fidem in verbis ꝛ nõ in operibꝰ. Sed ꝑ peluim aureaꝫ nota cor hominis in fide vera cum auro dilectionis ornatũ: et illud magis operat' gratia ſpiritusſãcti. q: vnũquodqꝫ applaudit ſuo ſimili. dicit ariſtotiles. Itẽ fides eſt miraculoꝝ operatiua. Vñ legimꝰ Mat. xiiij. ꝙ beatus petrꝰ cũ alijs apoſtolis fuit ĩ naui. ꝛ vidit dominum in mari ambulanteꝫ: ꝛ miſit ſe tota fide in mare. ꝛ ambulauit ſupra mare. Sed tãdem dubitauit: ꝛ ĩ mari merſus ẽ vſqꝫ ad os. et dominus manꝰ ſibi porrexit. ꝛ extraxit eum ſupra. Et ait petrus: O domine vis me ſic perire ĩ mari. Et reſpondit dominꝰ: ꝛ ipſũ arguebat dicens: Modice fidei quare dubitaſti? Ideo debemus habere rectã fidem ne dominus veniẽs redarguat nos acriter ſicut iudeos incredulos. Quibus dicit' Joh. x. Si mihi non vultis credere. credite operibus que ego facio. Ex quo non credidiſtis operibus nec mihi: Ideo in poteſtate diaboli eſtis. Scdo dico ꝙ chriſtus vult arguere peccatũ cõmittentes. ĩ q̃ deum ſunt negantes. Vñ. ij. Timoth. iiij Argue obſecro increpa peccatorem ĩ omni patiẽtia ꝛ doctrina vt peccatũ dimittat. Nã dñs redarguit Cayn valde acriter eo ꝙ frẽꝫ ſuũ occidit. ꝛ ipſũ maledixit ĩ arguẽdo. Itẽ redarguit valde acriter Adã ĩ ꝑadiſo quãdo dixit:

Adaz vbi es? Quāto magis redarguet hoīez q̄ deū relinquit ⁊ deum ſuū creatorē negat. Et hoc facit peccator p peccatū mortale. Sic legimus de romanis q depingebāt peccatū mortale ad imaginez hoīs que erat valde horribiliter diſpoſita. circa quā ſtabāt qttuor imagines. Vna imago ſup caput. et erat hec imago dei Ad quā ait: Deū meū negaui. heu mihi q natus ſū. Ad dexterā ſtetit imago pulcerrimi hoīs. Ad quam ait: Dignitatē hūane cōditiōis nō cognoui. ve mihi q nat⁹ ſum. Ad ſiniſtraz ſtetit imago. et hec erat imago diaboli. Ad quaz ait: homagiū diabolo feci. heu mihi q nat⁹ ſum. Infra infernus aperiens os ſuū: et expectans ad deuorandū ad modū draconis. Ita ad ꝓpoſitū: quare ſic depingebant romani. certe ad nr̄az doctrinā. Nam cū peccator cuz peccatis mortalib⁹ deū negauit. ſemper tremet. Naz nabucbodonoſor deū negauit q nō eſſet de⁹. Et ideo ipſū arguit deus q tanq̄ bos fenū comedit. Judas deuz negauit qn̄ ipſum vendidit. ideo ſe ſuſpēdit. Ego deū meū negaui. ait ad imaginem ſuper ipſum. Ad imaginem diaboli iuxta ſiniſtrā. homagiū diabolo feci. Nā videmus q qn̄ hō facit homagium alicui domino q iurat ſibi q ī omnibus velit ſuus eſſe. ⁊ ſuum velle pficere. ⁊ ſub dominio ſuo militare. Ita facit peccator. quot peccata cōmiſit tot homagia fecit. Nā per peccatuz ſuperbie diabolo homagium facit. Quis hō viuit ī mūdo: tn̄ militat ī diaboli dominio. Itē p peccatū luxurie facit homagiū diabolo. quia ipſe pnceps tenebrarū hz ſuper illos dominiū q̄ ambulāt ī tenebris. Itē aliq̄ p inuidiam. Quia dr̄ Sap. ij. Inuidia diaboli mors intrauit ī orbem terrarū: Ideo imago diaboli a ſiniſtris. Imago a dextris hoīs pulcri. qr hoīs dignitas q̄ ē ſine peccato ad plenū nō pōt exprimi. Nā ipſe ē dei ſedes. Et ideo ait Dignitatem hūanitatis non cognoui. Quarta imago īfra īfern⁹. Quia īfern⁹ expectat talē peccatorē deum negantem cū̄uis mia dei expectat ꝯuerſiōnem: qr ait: nolo mortē peccatoris. Qr aūt īfern⁹ expectat. ptz Eſa. v. Infern⁹ dilatauit aīam ſuam Ideo multos redarguit p ꝓphaz. Niſi ꝯuerſi fueritis: nūc ſupplicando vibrabit gladiū ſuum ⁊c. Cant. ij. Veni amica mea. Tertio chriſt⁹ arguet mūdū de iuſticia quā nō tenuerūt. Nā plati qb⁹ cōmiſſa ē iuſticia correctiōis ita corrigāt cuz māſuetudine. vt dr̄ Eccl. iiij. Noli eſſe ſic leō opprimens Nā leo ē aīal fortiſſimū ⁊ audax. ut dicit Iſidorus. ad nullius pauebit occurſū. tn̄ aliqn̄ dimittit ſuaz ferocitatē. Ita iudex vl̄ platus qb⁹ commiſſa eſt iuſticia arguēdi: Nam malis et obſtinatis debet eſſe ſicut leo. non tamen contra perſonā. ſed contra vitia. Vn̄ Seneca. Prudens prelatus punit peccatum vt non pereat homo. Opꝫ ḡ res peccata p viam iuſticie extirpare. Et tamen debet ſemper compatientiam habere. Vnde legimus figuram Judicum xiiij. q ſamſon fortiſſimus tranſiuit per vineam. et occurrebat ei leo volens ipſum occidere. ſed ipſe reſiſtēbat et vicit leonem; et occidit eum.

Poſteā egreſſus iñuenit mel in ore
leonis et comedit. et vicit inimicos
ſuos. et de melle dedit ſocijs. ⁊ ait ī
enigmate. d' comedēte exiuit cibus.
de forti egreſſa eſt dulcedo. Ita ſpi
ritualiter. ſubditus volēs ſe erigere
ↄtra deū. ↄtra p̄cepta dei. ↄtra prę-
latū. debet p̄latus ei reſiſtere et vin-
cere. ſicut ſamſon vicit leonē. ⁊ ip-
ſum corrigere ꝑ viā iuſticię. et ſic de
alijs in exemplū. Et ut ſamſon inue
nit mel in ore leonis ⁊ comedit. Ita
debēt ſubditus ſe humiliare contra
ſuū ſuperiorē. vt īueniat mel. i. dul
cedinē correctionis. Vñ ait Greg⁹.
Correctio ſuperna licꝫ in ſe ſit bona
ad ſanādas aīas per viā iuſticię ne
deus arguat ꝑ vindictam. tñ ſemꝑ
debet dulcorari per miſericordiam.
Vnde in ps̄. Miſericordiā ⁊ iuſti-
ciam cantabo tibi dñe. Quarto
arguet dominus deus hominē de
iudicio q̄d nō timuit. Vñ dicit ps̄.
Arguam te et ſtatuam contra faciē
tuā in extremo iudicio. In quoli
bet iudicio temporali quattuor vel
quinqꝫ debēt eſſe perſonę. Prima
perſona debet eſſe iudex. Secūda ē
actor. i. cleger. Tertia eſt re⁹. Quar-
ta ſunt teſtes. Quinta ē tortor. Ita
vult facere dominus in iudicio. Nā
ipſe chriſtus vult eſſe iudex ſicut ip-
ſe ait ī euāgelio. Joh. v. Pater nō
iudicat quēq̄. ſed dedit iudicium ī
manus filij. Teſtes ſūt angeli. ſicut
dicit Hieronymus: q̄ angeli ſūt p̄-
ſentes vt ſint teſtes actuum noſtroꝝ.
Actores ſunt ꝓpria peccata quę pec
cator cōmiſit. et per pęnitentiā non
deleuit. Sicut dicit Bern̄. Pecca
tor cum moritur ſecū portat ſua pec

cata. Et dicunt peccata. Opera tua
ſumus nō te relinquimus. ſed ad iu-
dicium tecū pergemus. Reus ē ip-
ſe peccator ad quem poteſt fugere in
illa extrema neceſſitate. Nam dicit
illud Reg. iiij. Ipſi montes nolunt
recipere fugam noſtram. Tortores
ſunt dęmones. Vnde ait dominus
ī euāgelio Mat. xviij. Tradidit eū
tortorib⁹ quouſqꝫ redderet vniuer-
ſum debitum. Huius legimus figu
ram Numeri. xxv. Dixit dominus
ad moyſen: Elige tibi duodecim vi
ros armatos ⁊ vlciſcere te cōtra inſi-
diantes: qui videbant multa ſigna
et tamen me timere nolunt. Et moy
ſes elegit. xij. viros perfectos in ar-
mis qui tranſibant ante populum
ad pugnandū. et occidit oēs reges
eoꝝ. et multi ceciderunt qui deū ti
mere noluerunt. Ita moraliter. pa-
ter dicit ad filiū ſuum. id eſt. ad ie-
ſum. elige tibi duodecim viros per-
fectos. id ē. duodecim apl̄os vt ſtēt
tecum in iudicio. vt patet ī ps̄. Gla-
dij ancipites in manibus eorum ad
faciendam vindictam in nationib⁹
qui iudicium non timuerunt. ⁊ tunc
occidit inſidiātes. i. peccatores. et re
ges eorū ꝑ damnationē. Vnde dr̄
Matth. xxv. Ite maledicti in ignē
ęternum. Ergo ad thema. Cum ve-
nerit ille arguet hominem de infide-
litate q̄ credere noluerunt. De pec
cato q̄ non doluerunt. De iuſticia
quā nō tenuerūt De extremo iudi-
cio q̄d nō timuerūt.

Dominica quarta.
Vocē iocunditatis.
Sermo. xxxiij.

Exiui a pa/
tre ꝛ veni in mundum.
Johis.xvj. Nota ꝙ
tria ſunt que homines et ſpecialiter
principes faciunt gratioſos. Pri/
mum ē magna pietas. Exemplum
de rege alexandro magno. de quo
dī.j. Machab.j. Qui erat largus
ꝛ pius. ꝛ diuiſit. et dedit alijs qui eū
petebant. Scdm ē magna nobi/
litas. Exēplū de illo quē miſit ioab
vt abſalon filiū regis occideret. Re
ſpondit: Si appēderes mille argen/
teos in manu mea non mitterē ma/
num ī filiū regis propter nobilitatē.
Eccs.x. Beata ē terra cui⁹ rex ē no
bilis. Tertiū eſt ſapientia. Unde
legim⁹.iij. Reg.x.ꝙ vniuerſa terra
deſiderauit videre faciē regis vt au
diret ſapientiam eius. Hec tria fue
runt in ieſu chriſto domino noſtro.
Fuit ſapiens. Unde Col.ij. In eo
ſunt reconditi oēs theſauri ſapiētie
Fuit nobilis. quia de corde pater/
no exiuit in vterū virginis. Ideo fi/
lius altiſſimi vocabit. ait angel⁹ ad
mariā. Fuit pius. quia gratiā diſtri
buit omnib⁹ penitētib⁹ De pietate.
de ſapiētia. ꝛ d̓ nobilitate ei⁹ cōmē/
datur in h̓ euangelio.

Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis: Amen amen dico
vobis. id eſt. vere. Si quid
petieritis patrem in nomi/
ne meo dabit vobis. Uſqꝫ
modo non petiſtis quicqꝫ ī
nomine meo. petite ꝛ accipi
etis. videlicet vt gaudiū ve/
ſtrum plenum ſit. Hec ī p/
uerbijs. id eſt. obſcuris ver/
bis locutus ſum vobis. ve/
nit hora cum iam nō ī puer
bijs loquar vobis. ſed palā
de patre meo annunciabo
vobiſ. Illo die in noīe meo
petetis. Et non dico vobis
qꝛ ego rogabo patrē meum
pro vobis. Ipſe eniz pater
amat vos: qꝛ vos me ama/
ſtis et credidiſtis: qꝛ a deo
exiui. Exiui a patre ꝛ veni in
mūdum. iterū relinquo mū/
dum ꝛ vado ad patrem. Di/
cunt ei diſcipuli: Ecce nunc
palam loqueris et puerbiū
nullum dicis. Nūc ſcimus
quia ſcis oīa et nō eſt opus
vt qs te interroget. In hoc
credimus: quia a deo exiſti.
Et ſic patet ſua pietas. Ibi
Petite ꝛ accipietiſ. ſua ſapi
entia in hoc ꝙ dicit: Nunc
ſcimus: quia oīa ſcis. Sua
nobilitas ibi. Exiui a patre
ꝛ veni in mūdū. Nota ꝙ chri
ſtus exiuit a patre quattuor modis
ꝓpter q̄ttuor cauſas. Primo enī
exiuit a patre. non pedū greſſu. ſ ſic
ros de celo in herbā ad dulcorādā.
Exiuit a patre ſicut riuulus d̓ fonte
ad terrā humectandā. Exiuit a pa/
tre tanqꝫ verbū ab ore hominibus
p̄dicandū. Exiuit a patre ſicut ſplē
dor a ſole ad terram illuminandaz.
Primo chriſtus exiuit a patre ſic
ros de celo in herbā ad dulcorādū
Un̄ ꝓpha Eſa.xlv. diu ante exitū
eius clamauit deſiderādo: Rorate
celi deſup. Ros eniz habet q̄tuor
ꝓprietates bonas. Prima ꝓprie/
tas. qꝛ ſanat ſupfluos humores. qꝛ

Sermo XXXIII

dicunt naturales magiſtri: Si ros
nō caderet: ſuꝑflui humores tēpore
eſtiuali aſcenderet ⁊ aerē inficerēt. ſʒ
ros tēperat Ideo apothecarij vtūt᷑
rore ꝓpter leprā. Huius legimus fi
guram .iiij. Reg. vij. ꝙ leproſi aliq̄
fuerunt expulſi. ſed intrabant quōdā
caſtrū ⁊ de nocte cecidit ros. quo ſe
lauabant et mūdati ſunt. Ideo nos
fueram⁹ leproſi in aīa ꝓpter peccata
primoꝝ parentū. Et ergo chriſtus
exiuit a patre velut ros de celo vt ſa-
naret Ait ꝗ anima deuota Cant. v
Caput plenū eſt rore. cincīni pleni
ſūt guttis. Secūda ꝓprietas roris ē
quia refrigerat. Vñ illud tpˢ quo
ros cadit ī eſtate ē frigidū de mane
ꝓpter rorē: Ideo dicunt naturales
magiſtri ꝙ ī conchis marinis albis
iux mare generāt᷑ margarite de rore
mediante vento aq̄lonari: Ideo dī
Eccī. xviij. Nōne ardorē refrigerat
ros? Et iſte margarite valent cōtra
caducum morbū q̄ dicunt᷑ vniones
Ita chriſt⁹ exiuit vt nos cōſeruaret
a caſu mortalis peccati. q ros celi ī
vtero virginis velut alba cōcha fa
ctus ē homo. Tertia ꝓprietas ro-
ris. q paſcit. Vnde oues libentius
paſcunt᷑ in montib⁹ vbi ipſe ros fre-
quenter cadit. q bene nutrit. Vñ ī
ps. Sicut ros hermon qui deſcēdit
in montem ſion. Et ibi dicit glo. ꝙ
patres antique legis ſolebant oues
de mōte hermon offerre ac imolare
in monte ſion. quia ibi erāt paſcua
pulcra ꝓpter rorem celeſtē. Itē quō
ros hermon deſcendit in montē. re-
quire in ſecūda dñica poſt epipha-
niā. Item piſces paſcunt᷑ in aquis de
rore celi. vt videm⁹ aꝑte ꝙ aperiunt
os ſuū ⁊ capiunt rorem. Item pulli
coruorum paſcunt᷑ de rore q̄diu nō
habent nigras plumas. ſic dicit ps.
Qui dat iumentis eſcam ipſorū. ⁊
pullis coruorum inuocantibus eū.
Exiuit igitur vt nos paſceret. Item
cum rore cecidit māna patribus in
deſerto. Ita exiuit cū rore celi chri-
ſtus. vt nos paſceret pane angelico
Vñ dī Joh. vi. Ego ſū panis vi-
uus q̄ de celo deſcendi. Ergo exiuit
vt ros. Quarta ꝓprietas roris eſt
q dulcorat. Unde apes colligētes
mel de floribus vbi ros cadit dulci⁹
eſt. Vnde Greg⁹. Sicut apes ī flo-
re. ita chriſtus in caſta mente. Et ſic
patet ꝙ chriſt⁹ a pr̄e exiuit velut ros
de celo ⁊c. Secūdo chriſt⁹ exiuit
a patre ⁊ venit in mūdū. ſicut riuul⁹
a fonte ad terram irrigandam. Vi-
demus namq̄ ꝙ terra non poteſt fa
cere fructū ſine aqua. Ideo ait da
uid. Anima mea ſicut terra ſine aq̄.
quia ſicut terra non facit fructū ſine
aqua. ita anima hoīs nō potuit fa-
cere fructum meritorium. niſi chriſt⁹
exiret a patre: ⁊ irrigaret animā ſuā
miſericordia ⁊ grā. Huius legim⁹
figuram .iij. Reg. xviij. ꝙ ariditas
erat in terra eo ꝙ nō pluit ī tribus
annis ⁊ menſib⁹ ſex ꝙ multi hoīes
mortui ſunt fame: Aſcendit helias
mōtē ⁊ adorauit ſepties. et deſcēdit
imber de celo. ⁊ irrigauit totā terrā
Ita moraliter ante exitū chriſti ad
mūdū terra. i. hō de terra erat arid⁹
in aīa. Ideo petiuit Eſa. xlv. Ro-
rate celi deſuper ⁊ nubes pluant iu-
ſtum. aperiat᷑ tra ⁊ germinet ſalua-
torem. Sed ſancti patres ab adam
vſq̄ ad noe. a noe vſq̄ ad abraā.

ab abraam vſq ad moyſen. a moy-ſe vſq ad ꝓphetas. a ꝓphetis vſq ad dauid. a dauid vſq ad chriſtū. Et ſic ſepties orauit: vt chriſt⁹ mitteret pluuiā ſup terrā de celo gratie ſue ⁊ miſericordie. ⁊ pater exaudiuit eos et miſit. Et ſic chriſtus exiuit a patre ⁊ irrigauit mundū. Unde ait ps. Concreſcat vt pluuia doctrina mea. vt ros fluat eloquiū meū. Et ideo dī Joh. vij In die feſtiuitatis magne ſtabat ieſus ⁊ clamabat: Si quis ſitit: veniat ⁊ bibat. ⁊ de vētre eius fluent aque viue: quattuor riuuli ſicut de fonte paradiſi fluunt. Sicut legim⁹ Gen̄. ij. Nā de fonte paradiſi fluunt q̄ttuor flumina ad irrigandū quattuor regiones. Un⁹ p egyptum Alius p terraz euilath. Tertius per arabiaz. Quartus per ethiopiam. Jta de chriſto tanq̄ de fonte paradiſi ſecūdi ſancte eccleſie exeunt quattuor flumina ſanctorū euangeliſtarū. ſcʒ Mathei. Luce. Marci. ⁊ Johānis. Nā Mathe⁹ dicit de chriſti humanitate. Johānes de chriſti deitate Lucas chriſtū pro nobis immolatū. Marc⁹ dicit chriſtū nos a mortuis reſuſcitaſſe. Jdeo iſta quattuor flumina d̄ fonte paradiſi chriſti q̄ttuor euangeliſtarū irrigauerūt totā terrā. Jdeo exiuit a patre in mundū. ſicut riuulus a fōte ad terram irrigandam. Tertio exiuit chriſtus in mundū ſicut v̄bū ab ore hominibus p̄dicādum. Un̄ dicit ꝓpheta. Miſit verbū ſuum et ſanauit eos d̄ interitu eorū. Chriſt⁹ enī p ſuam p̄dicationē multos eripuit de interitu eterne dānationis. Sua p̄dicatio verbi fuit verbū patris. ſicut qn̄ aliquis mittit nunciuʒ: vt magnus p̄nceps. tūc illud verbū qd̄ nuncius loquit᷑ non eſt nunciȷ̄. ſʒ principis qui miſit illum. ita verbū p̄dicationis chriſti. Unde dī Joh vij. Mea doctrina non eſt mea. ſed eius qui miſit me patris. de cui⁹ ore p̄dicaui vobis regnum celoꝝ. Un̄ ſonus verbi chriſti eſt quaſi ſon⁹ leonis rugientis. ꝓpter peccatorū conuerſionem. Unde Joh. Apoc. x. Vidi inquit iohānes verbū patris quaſi angelum fortem deſcendentē de celo amictum nube. et iris ī capite. pedes eius velut columna ignis. et dextrū pedem poſuit ſupra mare. ſiniſtrū ſup terrā. ⁊ clamauit quemadmodum leo cum rugit. ⁊ ad vocē eius ſunt cōgregate omnes creature Jta moraliter. verbum patris ē chriſtus qui exiuit d̄ paterna voluntate quaſi angelus magni conſilij fortis ⁊ potens. vt. Eſa. ix. Jpſe angelus magni cōſilij fortis ⁊ potens: dominus potens in p̄lio. Amictus nube id ē carne alba de puriſſima virgine ſumpta. Eſa. xix. Aſcēdit dominus ſuper nubē candidā. Jris in capite in ſignū reconciliationis humane. vt patʒ Gen̄. ix. Ponā arcū meum in nubibus celi: vt ſit ſignū federis inter me ⁊ inter terram. Pedes eius vel crura velut colūne ignis. quia columne ſuſtentāt domū vel edificiū. Jteʒ predicatio verbi dei edificium ſancte eccleſie ſuſtētat. Dextrum pedem ſupra mare. id eſt. penitentes quos reduxit in amaritudine contritionis. vt dī Thren̄. ij. Uelut mare contritio tua. Sed ſiniſtrum ſuper terraʒ. Hi ſunt frigidi in deuotiōe.

et indurati in quib⁹ non facit fructū
Clamat leo cū rugitu. Dicit enim
Iſido· ꝙ leo cum viderit ſuos par-
uulos mortuoſ clamat rugiēdo tres
dies· et p̄ clamorē ſurgunt ſui pueri
Ita chriſt⁹ leo de tribu iuda clama-
uit bina vice· ſed cū clamorē tertiū
faciet omnes reſurgēt. Primum
clamorem fecit in pdicatione vbi
clamauit in euāgelio Mat. iij. Oīs
arbor q̄ non facit fructū bonū exci
detur· ⁊ in ignem mittetur. Scdꝫ
clamorem fecit in cruce· vt dī Luc.
xxiij. Voce magna clamauit· ⁊ emi-
ſit ſpiritū. Tertio clamabit in iu-
dicio futuro· ⁊ oēs reſurgemus. Et
ſic ptꝫ ꝙ chriſtus exiuit a patre ve-
luti verbū ab ore nobis p̄dicando.
Quarto chriſt⁹ exiuit a patre ſic
ſplendor a ſole ad terrā illumiādā.
Videmus pre oculis q̄n ſol retinet
ſuum ſplendorem ita ꝙ non tangit
terrā· tūc aer obſcuratur· terra infri-
gidatur· vie erūt lubrice· dies tene-
broſi· tempeſtas dominat· ⁊ inde ve-
nit hyems. Ideo omne tēpus qd
erat ante chriſti exituꝫ a patre ī mū-
dum· fuit quaſi hyems ꝑpter q̄tu-
or cauſas. Primo ꝑpter viarum
lubricationem: ita ꝙ fuit lubrica. q2
aīe ambulabant ad lymbū. Vnde
ps. Fiant vie eorū lubrice ⁊ tenebre.
Scdo ꝑpter frigiditatem. Nam
terra reſtringit gelu ꝙ nec arbores
nec terra poſſūt fructū pducere. Iob
xxxviij. Noſti de cui⁹ vētre exiet gla-
cies et hyems? Tertio ꝑpter tēpe-
ſtuoſitatē aeris. Iob. xxxvij. Ab in-
terioꝛib⁹ egredit tēpeſtas. Quar-
to ꝑpter operādi difficultatē. Ho-
mo modicuꝫ poteſt aliqd boni ope-
rari. Eccl. xxi. Qui colligit lapides
ī hyeme quaſi q̄ edificat domū ſuā
de impenſis alienis. Ita ſpiritualit
hyems erat ante chriſti exitū ī mū-
dum propter lubricitatē vie· quia
nullus ita ſanctus fuit quin opor-
tebat ipſū poſt mortem viaꝫ ambu
lare ad lymbum. Item propter tē-
peſtuoſitatē diuine ire propter pec
catū· ita ꝙ multi ſunt ſubmerſi. Itē
propter operandi difficultatē: quia
nulla opera erant meritoria. Item
propter frigiditatem dilectionis di-
uine· homo erat frigidus ad diligē-
dū. Sed venit chriſtus a patre tāq̄
ſplendor a ſole· qui habet viā mun
dificare: ⁊ nob demonſtrare ad eter-
nam vitam. Item opera noſtra me-
ritoria facere. Item tempeſtatem ſe-
dare. Item terram inflammare. Et
ſplendor a ſole exiens pducit eſtatē
q2 omne tempus ab illo exitu chriſti
eſt quaſi eſtas: producens flores vir
tutum. Hoc cōſiderauit anima de-
uota· dicēs Cant. ij. Iā enī hyems
tranſijt· imber abijt et receſſit· flores
in terra noſtra apparuerūt. Et hoc
ꝑpt ſplendorē diuine illuminatiōis
qui exiuit a patre. Ergo ad thema:
Exiui a patre· ⁊ veni in mundū.

In diebus rogationum. Sermo. xxxiiij.

Etite et da-
bitur vobis. Luc. xi. Nos
videm⁹ quando aliquis homo mul
tum eſurit et non habet cibum· ⁊ nō
habet etiam vnde debet viuere· q2
ſit dauid: Panis cor hoīs ꝯfirmat

et qui tunc daret ſibi vnum panem
plus ipſum letificaret quam tempore abun-
dantie daret ſibi totam domū. Et
ſpecialiter quando talis habet par-
uulos. vel eius amicus venit ⁊ nihil
habet. tūc homo tribulatur magis
propter amicum vel paruulos quam de
ſeipſo. Ideo dī Threñ. iiij. Par-
uuli petierūt panem. ⁊ non erat qui
frangeret eis. Ita ſpiritualiter. chri-
ſtus habet in hoc mundo multos
paruulos. id eſt. homines fideles in
ipſum credētes. Et ſpecialiter pau-
peres ſunt paruuli chriſti. qaoniam
ipſorum eſt regnum celorum. et qui
illis hic ſubuenit tanquam filijs ⁊ amicis
chriſti. quicquid eis fecerit. chriſto ī
propria pſona facit. Unde dicitur
Mat. xxv. Quod vni ex minimis
meis feciſtis. mihi feciſtis. Mittit er-
go eos ad petendum. Et qui eis hic
ſubuenit in modico in preſenti vita
magis letificat. et propriam animam.
quam poſt hanc vitā vel tempore mor-
tis. vel poſt mortem daret pro chri-
ſto totaȝ domum. Et ideo ait ī ver-
bo thematis: Petite et dabitur vobis
vt qui ſubuenit proximo propter de-
um quicquid petit pro ſalute anime
ſue impetrabit. Et hoc patet in euan-
gelio hodierno.

Ixit Jeſus diſcipulis
ſuis parabolam hanc:
Quis veſtruȝ habet amicū
et venit ad illum in nocte: et
dicit: Amice bone ſurge et
accōmoda mihi tres panes
quia amicus meus venit: ⁊
nō habeo quod ponā ante
illum. Et de intus reſpon-
dens dicit: Iam hoſtiū me-
um clauſuȝ eſt. et pueri mei
ſunt in cubili. nō poſſuȝ ſur-
gere. et ille pulſat pſeuerās
et petit iterum. Tandeȝ ſur-
git propter improbitateȝ. ⁊
dabit illi quotquot habet
neceſſarios. ipſe benefacit.
Sed ego dico vobis petite
et dabitur vobis. pulſate et
aperietur vobis. querite et
inuenietis. Omnis enim qui
petit. pro ſalute anime acci-
pit. Et qui querit gratiaȝ in-
ueniet. Et aperietur porta
ſalutis anime pulſanti. per
orationes. et per bonas ope-
rationes. Quis auteȝ ex vo-
bis patrem petit panem. vi-
delicet naturaleȝ patrem pro
naturali pane: Nūquid da-
bit illi lapidem: Certe non.
Aut petit a patre piſceȝ. nū-
quid dabit filio petenti piſcē.
ſerpenteȝ. Aut ſi filius a pa-
tre petit oueȝ. nunquid da-
bit illi ſcorpioneȝ pro oue.
certe non: quia eſt pater na-
ralis. Si ergo vos cuȝ ſitis
naturaliter mali. ⁊ bonū noſci-
tis bona data vobis a deo
dare filijs veſtris. quāto ma-
gis pater veſter celeſtis de ce-
lo dabit ſpiritum bonū gra-
tie: et veritatis. et vitaȝ eter-
nam poſt hanc vitam dabit
petentibus eum. Ergo ad the-
ma. Petite ⁊ dabitur vobis. Debe-
mus autē petere quattuor. Primo
pro peccatorū remiſſione. Unde dauid
in pſalmo petēdo. Miſerere mei deus ſecundum
magnā miſericordiam tuaȝ. Secundo

pro gratie infuſione. Tertio p eter/na manſione. Quarto pro tribula/tionis liberatiõe. Primo dico q vnuſquiſq3 fidelis debet petere pro peccati remiſſione. Unde dauid. Omnes iniqtates meas dele. peten/do miſericordiam. Nam videmus quando homo eſt in vinculis: petit pro liberatione. vt patet de ioſeph Geñ. xl. q ioſeph ĩ egypto ſedebat ĩ captiuitate et pincerna pharaonis ſedebat cum eo. et ille liberabatur Tũc petiuit Joſeph pĩcernã dicẽs: Peto te memẽto mei. vt ſuggeras. id eſt. conſulas pharaoni. vt etiam me educat de iſto carcere. Jta ſpiri/tualiter. homo in peccatis mortalib9 eſt in carcere pharaonis. id eſt. dia/boli. Debet igitur petere pincernã altiſſimi regis. videlicet chriſtu3: qui põt nobis propinare de cellario di/lectionis gratiam et miſericordiam. Vñ Cant. ij. Jntroduxit me rex in cellam vinaria3. ordinauit ĩ me cha/ritatẽ. Et exaudit 7 liberat de vin/culo mortis peccatore3. vt poſſit di/cere: Laqueus contritus eſt. et nos liberati ſumus. Jte3 ps. Anima no/ſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Jtem videmus quãdo homo eſt infirmus. 7 ſcit medicu3 q̃ poteſt ipſum ſanare. certe petit eu3 diligent' vt ſanet. Jta homo cogno/ſcens ſe ĩ anima infirmu3 petat me/dicum pro ſalute anime ſue. Sicut dic ps. Miſerere mei domine quo/niam ĩfirmus ſum: ſana me quoniã conturbata 7c. Sed heu multi ſunt qui petunt quod eſt contra ſalutem anime ſue. et iſti non exaudiuntur. Huius legimus figurã. iij. Reg. ij. Salomon ſedebat ĩ throno gratie dans omnibus petentibus q̃cquid petebant. Sed venit frater ſu9 ado/nias et petiuit vt daret ſibi pulcra3 puellam virginem pauperculam vt ipſa3 violaret. Reſpondit ſalomõ: Quis fuit frater ſuus. in hac petitio/ne non exaudia3 te. quia petis con/tra honorem regni. Dicẽs: nũquid ego ſum rex: 7 frater meus es genere regali. petis pro filia ruſtici: Speci/es eius decepit te. ideo non exaudiã te. et negauit. Jta moraliter. chriſt9 dominus noſter ſalomone ſapienti/or. ſalomone ditior 7 nobilior. ſicut dr̃ in euangelio: Pluſq3 ſalomon hic. id eſt. chriſtus. ergo ſedet iam ĩ ſolio et throno gratie. Sicut dicit' Heb. iiij. Accedens cum fiducia ad thronum gratie. Sed quando pec/cator petit. vl' homo iuſtus quod ẽ contra ſalutem anime. tunc ait do/minus ſicut ſalomon: Frater meus es ſm humana3 naturam. quã pro/pter te aſſũpſi. attẽde q non petas qđ ſit contra regnũ etnũ et ꝓpriam ſalutem. ſed pete licita. videlicet pec/cati remiſſionem. anime ſalutem. et te exaudiam. Multi ſunt qui petũt p mille marchis. Alius petit p vx/ore pulcra. Alius pro pulcritudine. ſed deus illos non audit. quia di/citur Job. ix. Deus non exaudit peccatores in hac petitione contra propriam ſalutem. Sed deus exau/dit peccatores: qñ petunt pro remiſ/ſione. vt patet ĩ euãgelio Luc. xviij de publicano dicente. De9 propiti9 eſto mihi peccatori Secundo de/bet homo petere pro gratia. Nam ſine gratia eſt homo quaſi mortis

ímago non habẽs dolorem neqꝫ de-
corem. Item eſt anima ſine gratia ſi-
cut tabula raſa. Item ſine gratia ·ẽ·
ſicut terra ſine aqua: Ideo petamꝰ
gratiam diuinam. Nam melius eſt
habere gratiam diuinam· ꝙꝫ habe-
re theſaurum totius mũdi. Et ideo
multi habuerũt theſauros magnos
et gratiam diuinam· ideo damnati
ſunt: Sicut Nabuchodonoſor rex
magnus. Itẽ Alexander diues. Itẽ
melius eſt homini dei gratiaꝫ habe-
re: ꝙꝫ omnem ſapientiam totiꝰ mun-
di. Et ideo multi habuerunt ſapiẽ-
tiam: et non gratiam dei· ideo peri-
erũt: Sicut ſalomon qui fuit ſapiẽ-
tior totius mũdi· tamen propter pec
catum perdidit gratiam ſimul et ſa-
pientiã. Et ſapiẽtia non liberat ho-
minem in ira diſtricti iudicij· ſ; gra-
tia liberat hominem ⁊ ſecure ſtabit
Iteꝫ melius eſt homini habere gra
tiam: ꝙꝫ habere longam vitam. Et
ideo ſancti martyres· prophete· apo
ſtoli· doctores· ⁊ virgines· magis ele
gerunt mori et perdere vitam corpo
ralem· ꝙꝫ perdere gratiam dei. Vn-
de quãdo eis inter duo dabatur: vt
vnum eligerent· aut mori· aut idola
adorare· aut chriſti gratiaꝫ negare:
Reſponderũt: magis elegimꝰ mori
ꝙꝫ ꝑdere gratiã. Ideo mortem non
timuerunt quando in ſe gratiaꝫ ſci-
uerũt. Petat igitur homo pro gra
tia diuina· quia gratia diuina fecũ-
dat animaꝫ ſicut pluuia terrã. Vñ
dr̃ Zach. x. Petite a domino plu-
uiam ſerotinaꝫ· ⁊ imbrem matutinã
vt terra repleatur fructibus· id eſt·
petite pro gratia dei in preſenti· et ꝓ
gloria in futuro· vt terra anime ve-
ſtre repleatur fructibꝰ bonorũ ope-
rum. Item petat homo pro gratia
diuina· quia dirigit hominem ĩ viã
rectã. Vnde ait Tobias ſenior ad
filiũ ſuuꝫ. Tob. iiij. Fili mi in omni
tẽpore benedic deum· et pete ab eo
vt dirigat vias tuas. Item petat ꝓ
gratia diuina· quia hominẽ confor
tat. Vnde. j. Cor. xv. Gratia dei
ſum id qđ ſum· et gratia eiꝰ ſemper
in me manet. Tertio homo fidelis
debet petere· non ꝓ auro: neqꝫ ꝓ ar
gento· neqꝫ ꝓ longa vita· ſ; ꝓ eterna
manſione. Vñ Heb. xiij. Non ha
bemus hic manentem ciuitateꝫ· ſed
futurã inquirimus. Ideo ꝓ gaudio
ſuꝑne ciuitatꝭ petamꝰ· vt dicit chri-
ſtus in euãgelio Ioh. xvi. Petite ⁊
accipietis: vt gaudiũ veſtrũ plenuꝫ
ſit. Iſtud gaudiũ conſiſtit in tribꝰ
Primo ĩ dei viſiõe Vñ. j. Cor.
xiij. Nunc autem videmus ꝑ ſpecu
lum: ⁊ in enigmate: Tunc autem in
celeſti gaudio videbimꝰ faciẽ ad fa-
ciem. In qua facie videbimus prete
rita· ꝑſentia· ⁊ futura· tãꝙꝫ ĩ ſpeculo
claritatꝭ. Et iſta facies illuminat to
tum celum ꝙꝛ non indiget ſole neqꝫ
luna. Secundo cõſiſtit in ꝓpria
beatificatiõe. Vñ Eſa. xxxv. Leti-
cia ſempiterna ſuꝑ capita eoꝝ· gau-
dium et exultationem obtinebunt·
quia corpus glorificatur. Et q̃ttuor
dotes in reſurrectiõe accipiet anima
cum corpore aſſumpto· videlicet cla
ritatem que ſplendet· ſubtilitatẽ· qꝛ
ſicut mens hominis ſubtilis ẽ ex ꝑte
anime· iam eſt in roma· iam in hieru
ſalẽ· iã in fine mundi. Ita tunc ſub-
tile erit corpus cũ anima ĩ illa man-
ſione. Impaſſibilitatem accipiet· qꝛ

nunq ampli⁹ pati põt. vt dic. Joh
Apoc.xxi. Neq clamor neq dolor
erit vltra q primo abierunt. Agili
tas. q2 non poteſt includi in aliquo
loco. Et ſic gaudium eſt plenum in
ppria beatificatione. Tertio cõſi
ſtit in iocunda ſocietate. Vñ in ps
Ecce q bonum et q iocundũ habi
tare fratres in vnum: Ibi homo cũ
angelis habitat ĩ pulcritudine pac
Ibi eſt ſanitas ſine dolore. Ibi ẽ re
quies ſine labore. Ibi ẽ pax ſine diſ
cordia. Ibi ẽ gaudium ſine triſticia
Ibi ẽ vita ſine morte. Ergo dico q
debem⁹ petere p eterna mãſione: Nã
in iſta manſione pſenti eſt diſcordia
abſq pace. mors ſine vita. triſticia
ſine gaudio. labor abſq reqe. ac ifir
mitas cõtinua ſine ſanitate. Quar
to dico q debem⁹ petere pro tribu
lationum liberatione. q2 eccleſia di
uerſimode tribulatur: nãc p famem
nunc p peſtilentiam. nãc p guerras
Jdeo ſancti patres illas rogationes
bina vice iſtituerũt ĩ anno. Primo
in die Marci. Et hec dicit' rogatio
maior: eo q beatus. Gregori⁹ papa
eã ĩ Roma primo iſtituit propt' ma
gnam cauſam. Nam in die paſce
homines cõmunicabãt et immedia
te ad peccata priſtina redibant. ppt'
quod deus miſit magnam plagam
Nam qñ ſternutabãt ul' oſcitabant
moriebant'. propter quod quando
aliquis ſternutabat alius hoc vidẽs
dixit: deus adiuuet te Jdeo beatus
Greg⁹ ĩ die marci inſtituit vt hoĩes
ieiunarent et orarent et cum crucibus
dñi et vexillis orando circũirent. Et
poſtq pceſſio fuit facta vidit in ca
ſtro tiberim angelum ſtantem cum
gladio cruentato. quem ĩ vaginam
miſit in ſignũ ceſſationis iſti⁹ plage.
Scda rogatio q dr minor que fit
in iſtis diebus fuit inſtituta ĩ vienna
que eſt ciuitas in auſtria. Nam ibi
fuit magna plaga circa iſtud tẽp⁹:
quia terremotus ſepe venit et multe
domus corruerũt. Jtẽ grando fru
menta ſepe deſtruxit. Jtem multoꝝ
demonum clamor horribilis audie
batur in aere Jtem aliquando de
mones intrabant lupos et multos
homines necauerunt: ſed Mamert⁹
eps illius regionis et ciuitatis man
dauit et rogauit. et inſtituit hos tres
dies ieiunare et orare et proceſſiões
cũ crucibus et vexillis circũire. et ſtati
ceſſauit plaga iſta. Jn his proceſſio
nibus portantur cruces pro vexillis
ſicut ĩ antiqua lege quando popul⁹
dñi debebat pugnare et inimicos
fugare: acceperunt vexilla et tubas
et cantabant canticum domini. Jta
modo accipimus cruces pro vexillo
contra diabolum. et tubas contra
plagas vt demones audiant et fugi
ant. et cantus ſignificat cantum an
geloꝝ. videlicet: Sancte deus. ſan
cte fortis. ſãcte immortalis. Et iſte
cantus fuit ab angelis reuelatus et
doctus. Unde dicit Johannes
damaſcenus: Cum apud ciuitatez
conſtantinopolim proceſſio iſtis di
ebus fieret: quidam ſcholaris iuue
nis d medio populi extra pceſſionẽ
per angelos in celum ductus eſt. et
angeli docuerunt iuuenem cantum
iſtũ. quem cantant ſcholares in iſta
proceſſione: videlicz. ſãcte de⁹ ſãcte
fortis. ſancte ĩmortal'. deinde iuuenis
rediens cantauit ac alios docuit. et

ſic omnis tribulatio ceſſauit. Sꝫ tamen hodie multi ſunt in proceſſionibus iſtis qui vertunt hoc in riſum et iocum: Ideo deus heu plagat mūdum: Petamus igitur deuote pro his quattuor. ſcilicet pro peccati remiſſione. pro grē infuſione. ꝓ eterni gaudij māſione. pro temporalis tribulationis ceſſatione. Ergo ad thema: Petite et dabitur vobis. Qđ nobis preſtare ꝛc.

In aſcenſione dn̄i. Sermo. xxxv.

Aſumptus eſt Jeſus ī celū ſedet a dextris dei Marc. xvi. Ariſtoteles dicit ꝙ omne graue deorſum. et omne leue ſurſum. et tamen graue non poteſt ſupra eleuari niſi mediāte inſtrumento. Quattuor aūt ſūt inſtrumenta per que graue ſurſum eleuat᷑ Primum eſt virtus inferior. vt radix in terra que tanq̄ꝫ cum inſtrumento eleuat arborem in altū. Secundum ē virt⁹ ſuperior actiua: vt ſol attrahit humores de terra in altum. Tertiū eſt virtus interior expulſiua. vt patet de fontibus qui cadunt de alto. Naꝫ quando aqua vadit in meatu compreſſe per cānalia: ex vi interiori exprimit aquaꝫ in altuꝫ. Quartū eſt virtus exterior ꝓmotiua. vt mediante ſcala aſcēdit homo in altuꝫ: vel mediante inſtrumento ducit᷑ aliquod graue in altū vt lignū vľ lapis. Ita ſpiritualiter chriſtus habuit q̄tuor virtutes mediantibus quib⁹ corpus eius glorificatū eſt hodie eleuatum. Nam primo habuit humilitatem que tanq̄ꝫ radix arborem eleuat. Ita virt⁹ humilitatꝫ. qꝛ ſic ſe humiliauit ita meruit exaltari. Scđo habuit pietatem tanq̄ꝫ virtutē attractiuā. qꝛ ſua pietas traxit eū ad nr̄aꝫ neceſſitatē. ideo retraxit corp⁹ paſſum ⁊ clarificatū in altū. Tertio habuit mīaꝫ que tanq̄ꝫ virtus exterior ꝓmotiua traxit eū ad patrē. Vn̄ ad Titū. iij. Nō ex operibus iuſticie que fecim⁹ nos: ſed ſm̄ ſuaꝫ miſericordiam ſaluos nos fecit. Et ſicut traxit ad nos. ita retracta ꝯſūmatio opis retraxit ad patreꝫ. Quarto habuit deitatis potentiā que tā q̄ꝫ ſuperior attraxit. Nā videm⁹ ꝙ vnūquodq̄ꝫ tendit ad ſuum principium. Sicut aqua non quieſcit. ſꝫ fluit ſemꝑ donec venerit in mare: quod eſt principium omniū aquarū. et de eo exiuit Ita deitas chriſti corp⁹ glorificatuꝫ attraxit ſicut radius ſolaris humores de terra. Et ſic mediāte ꝓpria poteſtate ſcđm deitatē aſcendit. Nullus enī poteſt ꝓpria ꝟtute aſcēdere: vt angeli aſcēdūt ꝑ virtutē deitatꝫ. anime mediante auxilio angelorum Vn̄ apľs ad Eph. iiij. Ipſe eſt qui aſcēdit ſuꝑ celos vt adimpleret oīa Ipſe ait etiā in euangelio Joh. xij Si exaltatus fuero videlꝫ. tūc omnia traham ad me mediante deitate Et quō ſꝫ fecit et aſcendit. patet. in euangelio hodierno. Marc. xvj

Recūbentibus vndecim diſcipulis ī domo vbi cenabat cū eis q̄n voluit ire in montem. Apparuit illis Jeſ⁹ et exprobrauit īfidelitatē eorū. et duricia cordis.

q₂ his ſcꝫ qui viderāt ipſūꝫ
et dixerunt eis eū reſurrexiſ
ſe a mortuiſ· ipſi non credi-
derūt Et dixit: Ite ī vniuer-
ſum mundū p̄dicate euāge-
liū omni creature· i· homini
q̄ ē dn̄s omniū creaturarū.
Qui crediderit et baptiſat⁹
fuerit: ſaluus erit Qui vero
nō crediderit cōdēnabitur.
Signa aūt eos q̄ crediderit
q̄ poſſūt facere hec ſequent̄·
In noīe meo demonia eij-
cient· linguis loquētur no-
uis ſerpentes tollet· ꝛ ſi q̄d
mortiferuꝫ biberit nihil eis
nocebit· ſup egros manus
imponēt et bn̄ habebūt. Et
domin⁹ q̄deꝫ Jeſus poſtq̄
locutus eſt eis· iuſſit eos ire
in montem oliueti· et ibi co-
ram eis aſſumptus ē ī celū·
ꝛ ſedet a dextris dei patris
Et ecce duo angeli ſteterunt
iuxta illos in veſtib⁹ albis
Qui dixerunt: Uiri galilei
quid ſtatis aſpicientes in ce-
lum? Hic Jeſus qui aſſum
ptus eſt a vobis in celū ſic
veniet quemadmodum vi-
diſtis eum aſcendentem in
celuꝫ. Tunc apoſtoli ibant
et vbiq̄ꝫ p̄dicabant: ꝛ bapti
ſabāt populuꝫ· domino co-
operante· et ſpiritu ſācto cō-
firmante: ſequentib⁹ ſignis
quia ſigna que faciebant p̄-
dicatione cōfirmabāt. Quo
ad thema: Aſſumptus eſt Jeſus in
celū· ſedet ad dexteram dei p̄ris oī-
potentis. Nota ꝙ in celum aſſum

ptus ē Jeſus per ipſius deitatis po
tētiā. Et hoc propter quattuor cau-
ſas. Prima eſt vt angelicam ruinā
reſtauraret· id eſt repararet. Secū-
da vt nos patri reconciliaret. Ter-
tio vt viaꝫ nob̄ manifeſtaret. Quar
to vt nobis gratiam miniſtraret.
Primo dico ꝙ Jeſus hodie aſcē
dit· vt angelicam ruinam repararet
Unde p̄s. Judicabit nationes ꝛ i-
pleuit ruinas. Huius legimus figu
ram Joſue. xiiij. Joſue cuꝫ omni po
pulo filiorum iſrael trāſiuit iordanē
ꝛ ſubuertit regna inimicorum ſuorū:
et diuiſit eis terram ī funiculo diſtri
butionis. Nam tribus tribubus re-
liquit ſuperiorē partem terre ad ori-
entem· ꝛ hec fuit pulcrior et fecūdi-
or. Et iſte tres trib⁹ illaꝫ retinuerūt
propter nobilitatem: Sed aliā ter-
ram infra diuiſit nouem tribubus·
Et hanc terrā poſſederunt in pace
et in multitudine maxima· et domi-
nus eorum protector fuit. Ita ſpiri-
tualiter· Chriſtus dominus noſter
tranſiuit iordanem noſtre mortali-
tatis· et ibi deſtruxit regnū īimicorū
ſuorum· videlicet demonū. Unde
in ſua reſurrectiōe· ait illud p̄s. Tol
lite portas principes veſtras· et in-
troibit rex glorie. Et dixerūt: Quis
eſt iſte rex glorie? Reſpondit: Do-
minus fortis et potens. Et ſic por-
tas ereas et vectes ferreos confregit
Et deduxit populum captiuum de
egypto tenebrarum· et reduxit eos
per iordanem omnis tribulationis
in terraꝫ promiſſionis glorie. Et no
uem tribubus diuiſit terram infe-
riorem. Et terram promiſſionis ſu-
periorem poſſiderunt tres perſone·

videlicet·pater in diuinis· filius in
humanitate· deus ⁊ homo ſedens a
dextris patris et filij et ſpūſſancti· et
ipſe ē ab vtroqꝫ ꝓcedēs. Sꝫ illas
nouē tribus q̄ duxit ſecum· diuiſit ī
nouē ordines angeloꝝ· ſm q̄ ruina
facta fuit. Prima tribus fuit cho
rus apoſtoloꝝ· ⁊ illis obtinuit locū
ſuperiorem chori angeloꝝ q̇ dicitur
ſeraphin. Nā iſte chorus inflāmatꝰ
eſt diuino amore q̄ aliud cogitare
non poſſunt nec loqͥ niſi ſolū d̄ deo·
Et ſic apoſtoli talē locū cū illis ī tra
illa ꝓmiſſiōis acceperūt qͥ inflāma-
ti erant in diuino amore. Unde dr̄
Ro. viij. Quis nos ſeꝑabit a cha-
ritate chriſti· ſcio q̄ neqꝫ mors: neqꝫ
vita· neqꝫ fames· neqꝫ gladius Se
cunda tribus fuit ordo ꝓphetarū
qͥbus diuiſit ſcd̄am terrā ꝓmiſſiōis
id ē· choꝝ angelorū q̇ dr̄ cherubin·
Nā iſte chorus habet plenitudinē
ſciētie diuine: et ſic ſancti ꝓphete qͥ
futura predixerunt· et dn̄s loqueba
tur ipſis tanqꝫ amicis· ⁊ ideo cū eos
redemit de lymbo ſecum duxit· et in
ſorte ſecundi chori partem diuiſit·
Tertia tribꝰ fuit ordo patriarcha
rum· et illis diuiſit partem in tertio
choro a ſuꝑmo qui dicit̄ throni· nā
in illo ſedet deꝰ iudicia diſcernēdo·
Sic ſancti patriarche aliud mādā-
tū n̄ habuerūt· niſi: declina a malo
et fac bonum· et ipſi ſm iudicium ra
tionis faciebant omnia bona· et vi-
tabant omnia mala· ergo acceperūt
ꝑtē int̄ angelos tertij chori. Quar
ta tribus fuit ſanctoꝝ martyrū qui
accipiebāt quartam partem quarti
chori· qui dicitur dominationes· qꝛ
ſicut ille chorus dominatur ſuꝑ cho
ros inferiores· ⁊ vincunt demones·
ita ſancti martyres vicerunt ꝓpriā
corꝑa· et ꝓpter deum tradiderūt ad
ſupplicia: Ideo ꝑ fidem vicerūt re-
gna· ⁊ quartam ſortem acceperunt ī
diuiſione eterna. Quinta tribus
fuit ſanctoꝝ doctoꝝ qui ſuis docu-
mētis mundū illuminabāt· ⁊ obſti-
natos ⁊ errātes in viā veritatis de-
ducebant: acceperūt ſortē īter choꝝ
angelorum· qui dicitur poteſtates.
Sexta tribus fuit ſanctorum con
feſſorum. qui propter deūꝫ propria
corꝑa crucifixerūt· et ī maxima abſti
nentia vixerunt· vt beatus Benedi
ctus· beatus Frāciſcꝰ· qui ſepe exuit
veſtimenta· et nudus per rubum ſpi
noſum ſe tranſtulit q̄ totuꝫ corpus
ſanguineū apparuit. Et ſāctꝰ Ber-
nardus· et multi alij confeſſores. Et
ſanctus Antoniꝰ. Et ſanctꝰ Pau-
lus. Et iſti acceperūt ſortē īter cho-
rum angelorum· qui dicitur princi-
patus. Septima tribus fuit ſan-
ctoꝝ heremitaꝝ qui mundū cōtem-
nētes· in heremo habitātes: Et iſti
acceperūt ſortē īter ſeptimū choruꝫ
qui dicitur virtutes· qui ſuis virtu-
tibus ⁊ orationibus promeruerunt
illam ſortem. Octaua tribus fuit
ſanctarū virginum que ſuis meritis
propter caſtitatē ſui corporis ⁊ cor-
dis· vt ſancta katherina· et ſancta
barbara· obtinuerunt octauum cho
rum in terra promiſſionis eterne· q̇
chorus dicitur archangeli· q̇ habēt
officiuꝫ cuſtodire ciuitates. Ita iſte
ſancte virgines cuſtodiebant ciuita
tes ſui corporis ab omni īmundicia
Nona tribꝰ ē ꝯiugatoꝝ et vidua-
rum qui accipiūt ſortē inter chorū

angeloꝝ qui dicit angeli·q̇ mittunt:
ad cuſtodiendū hoīes: et deducēdū:
ad bonū. Sic ipſi deduxerunt ſeip-
ſos·⁊ eorum pueros ⁊ ꝓximos·ideo
accipiūt ꝑtē ſꝫm dignitatē. Et q̄uis
vnus chor⁹ eſt excelſior altero·tñ de
ſorte ſua vnuſquiſq; cōtentat᷑. Et
ideo dico ꝙ chriſt⁹ hodie vult aſcē-
dere vt adimpleret ruinas angeloꝝ:
collocaret ⁊ diuideret terraꝫ ꝓmiſſi-
onis ſꝫm dignitatē. Scd'o chriſt⁹
voluit hodie aſcēdere·vt nos patri
recōciliaret. qꝛ vt dic̄ ap̄ſ Eph. ij.
Lōge eram⁹ a deo ꝓpter peccata. ſꝫ
ꝓpe facti ſum⁹ ꝓpter filiū eius Jeſū·
q̇ ē ꝓpitiatio noſtra ad patrē. Hui⁹
legimus figuraꝫ ꝙ erat quidam ma-
gnus rex habēs duos filios·quorū
vnus offendit patrē·ideo miſſus eſt
in exiliū. Sed venit frater ei⁹ ⁊ cōpa
tiebat᷑ fratri ſuo·miſericordia mot⁹:
venit ad ipſuꝫ in exilium·⁊ fecit ſibi
nigrum clypeum ⁊ arma nigra aſſū-
pſit·et pugnauit pro fratre et hoſtē
vicit·⁊ poſt triumphum fecit ſibi cly-
peum album·⁊ alba arma: auro de-
corata: in ſignuꝫ victorię ⁊ leticię·⁊
fratrē expulſum patri repręſentauit
cum omni hereditate ſua·⁊ redeūte
filio omnes ſui occurrebāt ipſis cū
hymnis et canticis·et ipſum lauda-
bant. Ita ſpiritualiter·rex diues eſt
deus pater qui habuit duos filios·
chriſtum Jeſum·et hominem in pa
radiſo. Sed ſecundus filius·ſcilicet
homo offendit patrem·⁊ ideo alius
fili⁹ ſcꝫ chriſt⁹ fili⁹ dei viui m̄ia mo-
tus: tranſtulit ſe ī exilium·aſſumens
nigra arma·i·corpus humile·⁊ pu-
gnauit pro nobis·⁊ ſuꝑauit hoſtē;
ac cum fratre et cum omni familia·

videlicet cuꝫ Adā ⁊ Eua·⁊ cū omni
progenie ad patrē remeauit. Et tūc:
in ſignū victorię accepit alba arma
auro decorata·quando corpus glo
rificatum aſſumpſit·et fratreꝫ ſuum
patri reconciliauit. Et ideo ſui p̄ris
occurrerūt ei cuꝫ leticia. Unde aliq̇
ammirādo dixerūt hodie Eſa. lxiij.
Quis eſt iſte q̇ venit de edom·i· de
exilio. Aliȷ̄ dixerūt: Iſte formoſus ē
in ſtola ſua gradiēs·i·veniens ī mul
titudine. Ideo aſcēdit hodie ut nos
homines recōciliaret p̄ri. Tertio
aſcēdit chriſtus dominus hodie vt
nobis viā manifeſtaret. Unde p̄s.
Notas m̄ feciſti vias vitę· qꝛ ante
ipſum nobis erat ignota. Huius le
gimus figuram Gen̄. xxix. Jacob
patriarcha videns pulcram puellaꝫ
quam interrogauit cuius eſſet· Re-
ſpondit: Laban ē pater meus. Ve
nit itaq; et ſeruiuit ſepteꝫ annis pro
illa in frigiditate ⁊ nuditate·⁊ null⁹
labor fuit ſibi grauis: Tandem re-
greſſus ad patriam cum magno co
mitatu·⁊ ipſe ꝓceſſit omneꝫ familiā
ſuam ꝑ deſertū vſq; ad meſopota-
miā·qꝛ vix fuit ſibi nota·et inde exi-
uit. Ita ſp̄ualiter chriſt⁹ dn̄s noſter
videns humanā naturā in deſerto
huius mundi vagantē· cōſiderans
pulcritudinem eius·q̄ꝛ ad imagineꝫ
dei hominem creauit. Ad quem po
tuit bene dicere: Quis ē pater tu⁹:
Certe ipſe deus qui poſſedit·fecit: ⁊
creauit euꝫ·ſꝫm p̄s. Hoc conſiderās
chriſtus exiuit vt Jacob propriam
terram·ſeruiuit pro ea·videlicet pro
anima humana·non ſeptem annis
vt Jacob·ſed trigintatribus annis
in frigiditate·paupꝫtate·ſiti·et aliȷ̄s

Et tãdem cum magno comitatu re-
duxit eam· ꝑcedens per deſertũ hu-
ius ſeculi. qꝛ fuit ſibi nota· et dedu-
cens eos vſqꝫ ad meſopotamiaꝫ· id
eſt celeſtem gloriaꝫ. Et h̄ dicit ꝓpha
Mich. ij. Aſcendens iter pãdẽs an̄-
eos· ⁊ dux eoꝝ fuit. Quarto chri-
ſtus hodie aſcendit vt nobis grãm
⁊ gloriã miſtraret. Unde Eph. iiij
Aſcendit vt adimpleret oĩa. Aſcen-
dit Salomon vt thronum gratie
poſſideret ⁊ daret omĩ petẽti· vt ha
betur in rogationibus ꝑmi membri
Ita chriſtus. Qꝛ autem aſcendit· ut
nobis gratiam daret· patet ĩ figura
iiij. Regl. ij. vbi legimus ꝙ domin⁹
voluit Heliam de hoc mundo du-
cere in paradiſum· ⁊ apparuit iuxta
iordanẽ. Et apparuit Heliſeo· ⁊ ꝑ-
dixit illi. Tũc Helias habuit bonũ
amicũ· videlicet ꝓphaꝫ Heliſeum·
cui dixit: Ecce tollar a te. vis aliq̇d
petere a me: hoc pete anteq̄ꝫ tollar
a te. Et ait Heliſeus: Peto domi
ne vt duplex ſpiritus quẽ habuiſti
ꝓpheta ꝓ fiat in me. Reſpondit He
lias. Difficileꝫ rem petiſti· tamen ſi
me videris in curru igneo aſcẽdere·
fiat tibi ſicut petiſti. Et cum angeli
venerunt· ⁊ Heliã in nubem curru
poſuerunt· vidit Heliſeus· ⁊ ſic cla
mauit: Ecce currus iſrael et auriga
eius· quia ſancti angeli duxerũt eũ:
Ita moraliter· domin⁹ hodie celos
aſcẽdit in curru diuini amoris. Di-
xit igitur nobis: Vis aliq̇d petere a
me hoc pete anteq̄ꝫ tollar a te. Naꝫ
chriſt⁹ tollitur a nob̄ qñ peccamus.
⁊ tempore mortis quãtuꝫ ad dona:
Ideo pete a me quod vis dabo tibi
Debemus etiã petere cuꝫ ꝓpheta q̄
dixit: Oro vt duplex ſpiritus tu⁹ ſit
ĩ me· videlꝫ vt habeã grãꝫ in ꝑſenti
⁊ gloriã ĩ futuro Sed rñdit chriſt⁹:
Si poteris me videre ĩ curru igneo
id ẽ. ſi poteris me videre in mente tua
ſtãtẽ ĩ cruce ꝑ te ⁊ ſequi me· fiat tibi
vt petiſti. Ergo ad thema: Aſſũpt⁹
ẽ Jeſus ĩ celũ· ſedet ad dexterã dei
patris omnipotẽtis vt nob̄ viã de-
monſtraret· ⁊ ruinã angelicam repa-
raret· ⁊ nos patri recõciliaret· ⁊ nob̄
gratiam ⁊ gloriaꝫ miniſtraret. Qð
nobis preſtare dignetur ꝛc.

Dñica q̇nta poſt paſca Sermo. xxxvi.

Tu vos teſti moniũ ꝑhibebitiſ· quia ab
initio mecuꝫ eſtis. Joh. xv. Nota
ꝙ vnuſquiſqꝫ bon⁹ dux vel ꝑnceps
debet tria facere circa ſuos famulos
Primo dꝫ hr̄e vexillũ diſtinctũ
a vexillis ĩimicoꝝ· ut auſteri⁹ ſequa
tur vexillum ſui ducis· vt pꝫ Nu-
meri. ij. Precepit Moyſes tribu-
bus iſrael dicẽs. Quelibet trib⁹ ha
beat ſuum ſignum· vt poſſit tribus
illa ſequi ſuum ducem. Secũdo
debet dux vel princeps populũ in-
ſtruere quomodo debet pugnare ꝯ
inimicos· ⁊ inſidias ponere· ⁊ preca
uere. Exemplũ de dauid qui bene
precauebat ĩſidias Solie· ideo vin
cebat ipſũ. Tertio debet eos ani-
mare per dona· ſi habuerint aliqð
damnum ꝙ illud eis in duplo velit
recuperare. Unde ait Tullius ð re
militari. Stipendiũ largũ animat
pugnantem· qꝛ corona victorib̄ de

iure debet: Iſta tria habuit chriſtꝰ
dux ⁊ princeps apoſtolorū ·et ſancte
eccleſie. Primo habuit vexillum
diſtinctuʒ quod fuit gratia ſpiritus
ſancti·tam in ſignis q̄ʒ in loquelis ī
ſanctis apoſtolis· qꝛ nemo poterat
facere iſta ſigna q̄ ipſi fecerunt. Se
cūdo eos inſtruxit oīa predicēdo
q̄liter deberēt ſe regere in h̄ mūdo.
Tertio dona larga pmiſit. Vn̄
Petrus volens ſcire de ſtipendio·
ait: Quid dabis nobis p̄mij q̄ te
ſequamur·⁊ omnia dimittimꝰ·⁊ ſuſ
tinemus pſecutiones ? Rn̄dit dn̄s:
Cum ſederit filius hominis in ſede
maieſtatꝭ ſue· ſedebitis ⁊ vos ſupra
ſedes duodecim· iudicātes duode-
cim tribus iſrael. Et iſta ponūtur in
hoc euangelio.

In illo tpe. Cum venerit pa-
raclitus quē ego mittaʒ vo
bis a patre ſpiritū veritatiſ
q̄ a patre in diuinis pcedit·
ille teſtimoniū phibebit de
me. Et vos teſtimoniū per-
hibebitiſ· qꝛ ab initio mecū
eſtis· ſcʒ p̄dicationis et mi-
raculoruʒ manifeſtatione·
mutatione aque in vinum.
Hec locutꝰ ſū vobis vt nō
ſcādalizemini·id eſt· vt non
recedatiſ a fide. Abſq̄ʒ ſyna
gogis faciēt vos· id eſt·ipſi
eiJciēt vos tanq̄ʒ excōmuni-
catos. Sed venit hora vt
oīs qui interficit vos arbi-
tretur obſequiū ſe preſtare
deo quo ad iudeos· ⁊ idolo
quo ad paganos. Sed hec
facient· ſcʒ infideles vobis
ſcʒ fidelibus· quia nō noue
runt patrē neq̄ʒ me. Sʒ hec
locutus ſū vobis vos p̄mo
nendo · vt cuʒ venerit hora
talis pſecutionis·tunc remi
niſcamini·quia ego dixi vo-
bis. Quo ad thema: Et vos teſti-
moniū phibebitiſ ⁊c. Nota q̄ ſup
peccatores et non credentes q̄ttuor
teſtimonia adducunt. Primū teſti
moniū in pſonis diuinis eſt. Scd̄m
teſtimoniū erit in apoſtolis. Tertiū
in creaturis. Quartū teſtimonium
vult facere in cicatricib. Primo
deus vult facere ſeu perhibere teſti-
moniuʒ ſuper malos in diuinis per-
ſonis. Pater in poteſtate· quia ſua
potentia creauit celum et terram. et
omnem ornatum eorum. Filius cui
attribuitur ſapiētia· qui ornauit ſi-
dera· regit et ordinat in ſua ſapien-
tia: Spiritusſanctus in clementia q̄
conſeruat omnia per patrem creata
et per filium ordinata. Sed tantuʒ
ſunt ſex genera hominū qui viderūt
et audierunt in ſignis et virtutibus
dei opa· ⁊ tamen credere nec ſe emē-
dare volunt: Ideo ipſe vult ſuper
eos in propria perſona adducere te-
ſtimoniū ī die mortis ⁊ ī die iudicij
Primo enī btā trinitas illos enu-
merat p pphaʒ. Malach. iij. Ego
accedam ad vos in iudicio tpe ſuo
et ero teſtis velox maleficis et adul-
teris periuris· mercedeʒ retinentibꝰ·
viduas ⁊ pupillos humiliantibus·
et peregrinos opprimentibus. Pri-
mo dico q̄ deus vult eſſe teſtis ī p-
pria pſona maleficis q̄ ſuis truffis ⁊
neq̄cijs circūeunt mūdū cū īcātatio
nibꝰ ⁊ hoīes decipiūt. Dicūt ſe mor
tuos ſuſcitare· hn̄tes ſpūs incluſos

ſcribunt characteres · et multa alia
faciunt q̄ non ſūt dicenda. Ponūt
calibē in doliū ne penates balneant̄
Tales aūt excōmunicari debēt ⁊ in-
fideles iudicantur. Vn̄ legimus ꝙ
rex Saul iuit ad q̄ndā phitoniſſā ·
⁊ promiſit ei pecuniā vt ꝓphetā Sa
muelem reſuſcitaret: ꝓpter qḋ deum
offendit ꝙ ipſum de regno eiecit · et
mortu⁹ eſt in bello. Ideo oēs iſti q̄
nolūt deſiſtere · ſūt excōmunicandi.
Nam deus ꝓmiſit Leuitꝭ. xx. dicēs
Aīa q̄ acceſſit ad phitoniſſas vl̄ ad
ꝯſulēdū ſortilegas · ipſa morietꝰ. Et
iſti ſūt ꝑmi ſup̄ q̊s de⁹ vult ducē te
ſtimoniū. Scdi ſūt adulteri Vn̄
Malach. iij. Ego ero teſtis velox
adulteris. Nā adulteriū eſt peſſimū
peccatū qḋ in decē p̄ceptis ponitur ·
ꝓpter qḋ multi ſūt lapidati ad mor-
tem. Vn̄ legimus Dan̄. xiij. ꝙ duo
ſenes iudices volebant Suſannaꝫ
vxorem Joachim filiā Helchie vi-
olare · ꝓmiſit de⁹ illōs lapidari vſqꝫ
ad mortē. Vn̄ legimus Judicꝭ. xix.
ꝙ q̄dam iuuenis accepit vxorem · et
venerūt aliq̄ mali: et receperunt ſibi
vxorē · q̄ trāſiuit ad iudices: ⁊ ꝯque-
rebatꝰ ab eis · ⁊ ipſi iudices ꝓpter hoc
multos iuſſu dei occiderūt. Sꝫ heu
iam modicū curāt · tn̄ hoc p̄ceptū nō
ē deletū · ſ ꝯfirmatum. Ideo iā pla-
ga venit in mundū. Tertij ſūt per-
iuri ſup̄ quos deus vult eſſe teſtis ī
ꝓpria perſona · tn̄ hodie iurāt hoīes
faciliter · ⁊ ducūt in ꝯſuetudinem · et
q̄cq̄d loquuntꝰ ſemꝑ cū iuramēto cō
firmant. cū tn̄ deus veritas eſt · ⁊ cū
dauid dicit in p̄s. Perdes oēs qui
loquūtur mendaciū. Judei ſunt in
his meliores q̄ꝫ chriſtiani. Naꝫ qḋ
iudei iurant ī rodali ſuo hoc ſuāt ·
et ſi deberent mori. Itē pagani ſūt
meliores q̄ꝫ chriſtiani in hoc. Nam
legimus ꝙ pagani exierūt quandaꝫ
ciuitatē ad expugnandū quoddam
caſtrū · et iurabāt ꝑ ſolem ꝙ nollent
redire ad ciuitatē niſi expugnaſſent
ſ expugnare nō poterāt · ideo miſe-
runt nūcios ad mulieres · ⁊ dixerunt
ꝙ aut dimitterēt ciuitatē et venirēt
ad eos · aut acciperent alios viros ·
q̄ iuramentū vellent ſeruare. Sed
multi chriſtiani iurant et dant lr̄as ·
et tamē nō ſeruāt. Quarti ſunt
ſuper q̊s de⁹ vult eſſe teſtis: Hi ſūt
mercedeꝫ retinētes laborantibꝫ. Et
illud ē vnū de peccatis clamantibꝫ
in celū. Vn̄ dr̄ Jacobi. v. Merces
oꝑariorū q̄ meſſuerūt terrā defrau-
data ē · et clamor ad aures domini
ſabaoth introiuit. Et ideo dicitur
Tob. iiij. Fili mi non morabitꝰ mer-
ces operariorꝫ tuorum apud te vſqꝫ
mane. Quinti ſunt viduis et pu-
pillis calūniā faciētes. Vnde Exo.
xxij. Vidue et pupillo n̄ nocebꝭ · ⁊ ſi
leſeris eos ꝙ clamāt ad me · ego ex-
audiam clamorem eorꝫ · ⁊ furor me⁹
indignabitur cōtra te · percutiam te
gladio eterne damnatiōis. Sꝫ heu
iam non curāt multi q̄ꝫuis eis dn̄s
cōminatur cū eterna pena. Sexti
ſunt ſuper quos deus vult facere te-
ſtimonium q̄ peregrinos opprimūt ·
decipiūt · ⁊ ſpoliāt. Nā ꝑegrini veri
q̄ ſunt in via peregrinationis · ⁊ ꝓpꝰ
deū omnia reliquerūt ſūt filij dei · et
dn̄s ꝓtector eorꝫ ē. Vnde p̄s. Pe
regrinus ſum apud te ſicut omnes
patres mei. Qui illos offēdit meli⁹
eſſet ꝙ offenderet ꝓpriam pupillam

oculi ſui. Vñ ps. Exaudi de⁹ ora-
tionē meã: ⁊ ne ſileas ꝙ ego lędar.
qm̄ ego aduena ⁊ ꝑegrinus ſum. Et
ideo ait dñs ĩ euãgelio. Qđ vni ex
minimis meis feciſtis. mihi feciſtis.
Et ſic ptꝫ ṗmum teſtimoniũ. qđ fac
chriſt⁹ ĩ ꝓpria ꝑſona trinitatꝪ. Se-
cũduꝫ teſtimoniũ ſuꝑ malos vult
adducere cum ſuis duodecim aplis
Unde ActꝪ.ṗ. Ego elegi vos ut ſi-
tis mihi teſtes in hierlin. et in omni
iudea. ⁊ vſqꝫ ad vltimuꝫ terrę. Hi
aũt teſtes predicant tria de chriſto
Primo ſuã largiſſimam remune
rationē benefacientibꝫ et ꝑdicãtib⁹
Unde Mat. xj. Venite ad me oẽs
q̇ laboratis ⁊ onerati eſtis. ⁊ ego re-
ficiam vos. Scđo ſuã piiſſimam
miſericordiaꝫ. Vñ Hiere. iij. Va-
de clama ꝯtra orientē. occidētē. aq̇-
lonem. ⁊ meridiē. dicenſ: Reuertere
ad me aduerſatrix iſrael. ⁊ ego ſuſci-
piã te. Tertio ꝑdicabant ſuaꝫ ſe-
uiſſimã iuſticiam cõtra obſtinatos.
Unde ps. Niſi ꝯuerſi fueritis gla-
diũ vibrabit ⁊c. Hui⁹ legimus figu
ram Heſter. iij. Irat⁹ rex ꝯtra filios
iſrael. et miſit litteras vt oẽs interfi-
cerentur. ſed tandē miſericordia mo
tus. miſit alios nũcios cum litteris
ſignatꝪ anulo regis. et fecit reuocare
ſententiam. et fecit ꝓclamare miſeri-
cordiã. Ita ſpiritualiter in antiqua
lege dedit mortis ſententiã. dicens.
Geñ. ij. In q̄cunqꝫ hora comederi-
tis morte moriemini. Item Ezech.
xviij. Aĩa q̄ peccauerit: ipſa morieť
Sed poſt miſſionem ſpiritusſancti
iſti duodecim nuncij miſſi in q̄tuor
partes mundi teſtimoniũ perhibent
de chriſto. clamantes et nouas lr̄as

miſericordię poꝛtãtes. Iſtę lr̄ę fue-
rũt ſignatę anulo regis. id ē. grã ſpi-
ritusſancti ꝑ ſigna. Vñ ait dñs ad
eos: Ite ĩ orbem vniuerſuꝫ ꝑdicate
euãgeliũ miſericordię et gratię omi
creaturę rationali. Et ſic patꝫ ꝙ te-
ſtimonium vult chriſtus ꝑhibere in
duodecim aplis. Tertio chriſtus
vult teſtimoniũ perhibere ſuꝑ pec-
catores non credētes in creaturis. vi-
delicet in cęlo ⁊ ĩ terra. ⁊ ĩ aliis. Vñ
Job. xx. Reuelabunt cęli iniquita-
tem eius Et tu dñe reſtauras teſtes
ꝯ me. ibidē. x. Huius legim⁹ figurã
DeutꝪ. xxxi. Moyſes dedit filiis iſrł
legem ex precepto domini. ß popul⁹
in primo. ſecundo. tertio. et quarto
annis multum bene ſeruabant legē
decē ꝑceptoruꝫ. ſed ſtatim de die in
diem dimiſerunt. Tũc Moyſes ſcri
pſit ea in vno libro. ⁊ vocauit omnē
multitudinē filiorum iſrael. ⁊ dixit:
Ecce iam me viuente dimittitꝪ legeꝫ
⁊ inique agitꝪ. quid igitur vultis fa-
cere poſt mortē meam? Ego ſcripſi
legem dei mei ĩ h̄ libro. ⁊ volo mecũ
ducere cõtra vos in iudicio. et volo
vocare cęlum ⁊ terraꝫ ꝓ teſtimonio.
Et poſuit librũ in arca fęderis. Ita
ſpiritualiter. chriſt⁹ dedit nob nouã
legē. non a ſeipſo. ß ex deo. ſcꝫ q̄ttu-
or euangelia. Sed in ṗmatiua eccle
ſia ſeruabant vſqꝫ ad trecentos an-
nos. ꝙ tãta fuit charitas inter chri-
ſtianos ꝙ qui duaſ tunicas habuit.
dedit vnã nõ habēti. ⁊ multi opta-
uerũt ꝓ chriſto mori. Sꝫ poſt iſtud
tēpus tepuit charitas de die in diē.
ideo vult dñs libros ſuoꝝ euangeli
orũ ducere ad iudiciũ. et ſumere cę-
lum et terram contra obſtinatos. et

incredulos. Hoc ꝓbat Joh. Apoc. xx. dicẽs: Ecce libri apti ſunt, ⁊ viui ⁊ mortui iudicabũt ex eis. Et ſic p3 ꝙ chriſtus vult teſtimoniũ ꝑhibere ſuper peccatores nõ credẽtes. et obſtinatos in creaturis. Quartũ teſtimoniũ vult dñs exhibere cũ ſuis cicatricibus vulnerũ ꝗ ꝓ nob ſuſtinuit. Unde Joh. Chryſo. ſuper illo verbo Mat. Tunc apparebit ſignum filij hominis. Naz angeli deferent crucem ante eum ⁊ lanceaz ⁊ ſpineã coronã ⁊ clauos ſuper peccatores in teſtimoniũ ⁊ in corpe glorificato ſiue clarificato quod retinuit ꝗn ꝙ vulnerũ cicatrices ꝗ manifeſte apparent. ⁊ clarior eſt ille locus vbi fuerũt illa vulnera maiora tãꝙ ſol ſplendens de eis: vt dĩ. Zach. xij. Uidebunt in quem tranſfixerunt. Huius etiã ponit Joh. Apoc. xix. figuram dicens: Cũ venerit tũc oĩs popul⁹ ꝯgregabitur ante thronuz. vbi videbũt eũ tanꝙ iudicẽ ſedere. ⁊ vnicuiꝙ iudicabit ſm meritum et demeritũ: qꝛ tũc eſt clauſa ſue miſericordie bulla que ĩ hac vita ẽ apta Et tũc non aliud iudicat: niſi quod iuſticia ſtricta dictat. Ideo dicitur Act. x. Ipſe eſt a deo conſtitutus iudex viuorum et mortuorum. Ergo ad thema: Et vos teſtimonium ꝑhibebitis. quia ab initio mecũ eſtis Rogemus dñm ꝙ illo tpe poſſim⁹ ſecure ſtare quando hec erunt.

In die pẽtecoſtes. Sermo. xxxvij.

Spiritusſanctus quem mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia. Joh. xiiij. Ad hoc vt aliq̃ petitio audiatur tria ſunt neceſſaria. Primo ex parte donantis pietas. Nã ſi non eſſet pius ſed auarus illũ quẽ petis tunc fruſtra petis. Scdo ex parte petentis idoneitas. ſcz ꝙ non ſit odioſus. ſed amoroſus. qꝛ dona donantur ſm amorem. vt patet. j. Reg. j. Helchana dedit familie ꝑtes vt immolarent. Sed qñ dedit vxori ſue Anne partẽ tũc triſtabat eo ꝙ eã diligebat ⁊ ſteril' fuit. Ideo ſacerdos tẽpli non acceptauit eius munera. Tertio ex parte doni vtilitas. Naz poſſet aliquis petere qđ non eſſet ꝓ eo. nec ſibi vtile. Ideo ait dominus ad diſcipl'os: Petite vt gaudiũ veſtrũ plenũ ſit .i. eternũ. Diſcipuli aũt ꝯſiderabant hec tria Primo ex parte dantiꝭ. ſcz chriſti pietatẽ. Ex parte petentis ꝓpriã neceſſitatẽ. Ex pte doni vtilitatẽ. Ergo petebãt eis mitti ſpiritũſãctum. Et de hoc dicit euãgeliũ.

Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Si q̃s diligit me ſermonẽ meuz ſeruabit. Et pater meus celeſtis diliget eum et ad euz veniemus et manſionẽ apud eum faciemus ꝑ gratiã ſpirituſſancti Qui non diligit me. doctrinam meã non ſeruat. Et ſermonem quez audiſtis non eſt meus. ſz eius q̃ miſit me patris. Hec locut' ſũ vobiſ apud vos manẽs. Paraclitus autẽ ſpũſſanctus quez mittet vobis pater in noĩe meo. ille vos docebit oĩa. ⁊

ſuggeret vobis oīa q̄cunqꝫ
docui vos: vt illa faciatis.
Pacē meā relinquo vobis
Pacem meam do vobis.
Non quō mundus dat do
vobis. qꝛ mūdus pacē non
ſeruat Sed pax mea pꝰ hāc
vitam ē ęterna. Non turbet̄
coꝛ veſtrum: neqꝫ foꝛmidet
Audiſtis qꝛ ego dixi vobis
Vado ꝓ vobis ad patrē in
cęlū ⁊ venio ad vos ſpiritū
ſāctū mittēdo. Si diligere-
tis me gauderetis vtiqꝫ. qꝛ
ad patrē vado. qꝛ pater ma-
ioꝛ me eſt. in eo ꝙ creauit cę
lum ⁊ terram ⁊ oīa Et nunc
dixi vobis priuſq̄ꝫ fiat vt cū
factuꝫ fuerit credatis. Jam
multa non loquoꝛ vobiſcū:
Venit enim pꝛinceps mun-
di. id ē. diabolus. vos tem-
ptando. ſed ī me nō habet
quicq̄ꝫ cōſentiēdo. Sed vt
cognoſcat mundꝰ. qꝛ diligo
patrem. et ſicut mandatum
ab eo accepi. ita facio. Ergo
ad thema: Spūſſanctus quem mit
tet pater in noīe meo docebit vos
oīa. Nota ꝙ ſpūſſanctus quattu-
oꝛ opatur. Pꝛimo eleuat contēpla
tionem. Scd̄o purgat per increpa-
tionem. Tertio rectificat ꝑ directio
nem. Quarto inſtruit ꝑ infoꝛmati-
onem. Pꝛimo dico ꝙ ſpūſſanctꝰ
eleuat mentem hoīuꝫ ꝑ contēplati
onē ad cognoſcēdū cęleſtia. ⁊ deſpi
ciendū terrena. Huiꝰ legimꝰ figurā
Ezech. viij. vbi ait: Steti in campo
magno. ⁊ eleuauit me ſpūs īter cęlū
⁊ terram. ⁊ vidi cęleſtia q̄ erant ꝑfe-
cta. et vidi terrena. Et ecce terra ap
paruit inanis ⁊ vacua. Et ideo cęle-
ſtia deſideraui. et terrena deſpexi.
Jta ſpiritualiter. vnuſquiſqꝫ fidel̄
debet petere ꝓ gratia ſpūſſancti. vt
ipſū eleuet mente. ⁊ ſtet inter cęluꝫ ⁊
terrā oculis mētis. cęleſtia ꝯſiderā-
do ſimul ⁊ terrena. Aſpiciat oculis
mētis ſupra ſe regē cęli. cuius pulcri-
tudinem ſol ⁊ luna mirantur. Cuiꝰ
vultū deſiderant angeli pꝛoſpicere.
Reſpiciat autē terrena. et pꝛincipes
mundi in quibus nō ē veritas neqꝫ
ſalus. Aſpiciat ſupra ſe reginaꝫ cęli.
De q̄ ait p̄s. Aſtitit regina a dextrꝭ
tuis in veſtitu deaurato circūdata
varietate mater miſericoꝛdię Reſpi
ciat mulieres huius mundi ī q̄bus
non ē ſtabilitas. Aſpiciat miliciam
cęleſtis exercitus. ⁊ reſpiciat miliciā
huius mundi q̄ terrena deuaſtāt et
deſtruūt. ſuꝑ quos veniet gladius
ęternę damnatiōis. Aſpiciat ſupra
ſe theſaurū cęleſtem. vbi nec erugo.
nec tinea demolitur. Reſpiciat īfra
ſe theſaurū mundi quem fures effo-
diunt ⁊ furantur. Aſpiciat ſupra ſe
dona de cęlo: de ſpirituſancto ꝓce-
dentia. videlicet donum ſapientię.
ītellectus. ꝯſilij. foꝛtitudinis. timo-
ris. pietatis. ⁊ donum ſcientię. Re-
ſpiciat inferius dona his contraria
ſuperbię. auaricię. luxurię. gulę. irę.
inuidię. acidię. Cum enim pōderas
vnū ꝯtra reliquū. ⁊ cęleſtia appetis.
et terrena ꝓpter eoꝛuꝫ maliciā ſper-
nis. tunc cum ꝓpheta ꝑ ſpiritumſan
ctum inter cęlum ⁊ terram eleuaris.
Secūdo ſpūſſanctus purgat pec
cata ꝑ īcrepationē peccatoꝛum. ⁊ ꝑ
punitionem. Vnde Job. xvi. Cuꝫ

venerit ille arguet mūdū de peccato. Huius legimus figuram Apoc. viij. Accepit angelus thuribulū aureū. ⁊ impleuit illud de igne altaris. ⁊ misit in terrā. ⁊ postea septem angeli cum septem tubis se p̄parabāt. Hec figura ostendit missionem sp̄ūſſancti p̄ plagam male operantibus qui noluerunt audire doctrinā eius. Nā angelus accepit thuribulū aureum: qd̄ ē dilectio. q2 spiritusſanctus ē dilectio que a patre ⁊ filio p̄cedit. ⁊ misit in terrā. id ē. hoīes inflammādo diuino amore. Sed pauci curant. ideo septem angeli cū tubis se p̄parant. plagam p̄ peccatis mūdo inferendo. Primus angel⁹ tuba cecinit: ⁊ venit tonitruū. ⁊ destruxit tertiam p̄tē mūdi. scz arborū. Per arbores nota nobiles: quorum tertia p̄s perit in aīa tonitruo dānatiōis. Una pars sunt nobiles q̄ sunt contenti stipendijs suis. ⁊ defendūt viduas ⁊ orphanos. ⁊ nulli damnuz faciūt. Ista pars nō perit. Secūda pars sunt q̄ moriunt̄. vt paruuli nobiliū. anteq̄ȝ habēt annū discretionis. quia filius nō portat iniq̄tatez patris. q̄ ad aīaȝ. Sȝ tertia p̄s. sūt illi q̄ sūt raptores. et tenēt latrones. Ista p̄s perit cū tonitruo eterne dānationis. Secūdus angelus tuba sua cecinit. ⁊ cecidit de celo mōs magnus ardēs in mare. et tertia p̄s nauium interijt. Quid p̄ naues nisi mercatores notant̄. quoꝝ tertia p̄s debet interire in anima. Una p̄s ē illa que vendit et emit sine dolo et ditantur. Secunda pars. q̄ emunt agros. ⁊ vineas. ⁊ oues et boues. et apes; Et quicquid deus dederit in his sunt cōtenti. sicut fuerunt patriarche et p̄phete q̄ sunt saluati. Sȝ tertia pars q̄ perit eternaliter. hi sūt qui vendūt cuȝ fraude ⁊ dolo. Un̄ p̄s. Perdet oēs q̄ loquuntur mendacium. Tertius angel⁹ tuba cecinit. ⁊ cecidit de celo magna stella ī flumine. cui nomen absinthium. ⁊ inde aque amare facte sunt. ⁊ hoīes mortui sunt ex aquis. Per hos nota laboratores: ⁊ cōmunez populū. videlicet mechanicos. quoꝝ p̄s tria morietur in aqua. Una est q̄ laborant fideliter: et nutriūt filios suos. ⁊ dant elemosynā suam pauperib⁹. Un̄ p̄s. Labores manuū tuarū q2 mānducabis beat⁹ es. Alia p̄s. q̄ bn̄ laborauerūt. ⁊ de laborib⁹ cū habēt necessitatem. seruiūt deo. ⁊ dant elemosynam pauperib⁹. ⁊ frequentant ecclesiā. Sed tertia p̄s q̄ moritur in anima. sunt mali operatores q̄ homines decipiunt. et iurant q̄ sit bonum cū sit malū. ⁊ sabbatū nō custodiunt. Ista p̄s morietur. Quart⁹ angelus tuba cecinit ⁊ cecidit grando. ⁊ p̄cussit tertiā p̄tem feni ⁊ terre. Per hoc nota rusticos q̄ colūt terram quoꝝ similit̄ tertia pars perit. Una p̄s est illa q̄ colunt agrum fideliter. ⁊ p̄ximo non nocebūt. ⁊ dāt decimas. ⁊ dant elemosynā mendicantibus. Alia p̄s saluatur. qui custodiunt sabbatum. et vadūt dominicis diebus ad ecclesiam. et seruiūt creatori. ⁊ sunt patientes. hi saluantur. Sed tertia pars p̄ grandineȝ eterne dānationis destruitur. sicut agricole siue rustici qui furant̄ agrū ⁊ frumentum proximi. et ad ecclesiā ire nolunt. inebriantur. rixant̄. Ista

pars ꝑiit. **Quintus** angelus tu-
ba cecinit· et tertia pars ſolis et lunę
⁊ ſtellarum percuſſa eſt. Per hō no-
tatur ſtatus p̄ſbyterorū: ⁊ religioſo-
rum · q̇ deberet lucere ī eccleſia ſicut
ſtellę·ſol· ⁊ luna·ſed tertia pars per-
cutitur. Una pars quę non percuti
tur ſunt tria vota obſeruantes·ſciꝫ
paupertatē·caſtitatem · ⁊ obediētiā·
Alia ꝑs q̄ ſaluat̄ ſunt p̄ſbyteri deo
deuote horas canonicas perſoluen-
tes·exempla bona dantes. Et q̇cq̇d
ſuperhabent d̄ prębendis · elemoſy-
nas dantes·hi ſaluantur. Sed ter-
tia pars videlicet inobediētes·luxu-
rioſe viuentes · diuitias magis q̄ꝫ ſa-
lutem animę cupientes·hi ꝑcutiūt̄.
Sextus angelus tuba cecinit·et
apertus eſt fons abyſſi· et exierūt lo-
cuſtę·i·habētes loricas ferreas·dē-
tes leonum·capillos mulierū ·et ter-
ram maculauerunt Hic deſcribitur
ſtatus huius mundi. Naꝫ per iſtas
locuſtas notantur ſuperbi· qui iam
portant veſtimenta locuſtaruꝫ· lon-
gas manicas vſqꝫ ad terram quaſi
volare volentes·ſed non ad celum·
loricas ferreas quia ſūt indurati ·ca-
pillos mulieruꝫ ·quia mulieres iam
vt placeant amatoribus mūdi·alie-
nos crines faciunt·et iuxta aures ſic̄
arietes cornua. Et iſte malus vſus
venit de puteo abyſſi infernalis ad
queꝫ tendunt. **Septimus** ange-
lus tuba cecinit·et audiuit Johan-
nes vocē de celo clamantem: Factū
eſt: et vidit mulierez ſtantem in aere
amictā ſole·⁊ luna ſub pedibus eiꝰ·
et coronam duodecim ſtellarum in
capite eius. Hic deſcribitur ſtatus
iuſtorum. Nam poſt tribulationem

malorum eſt congregatio fidelium:
qui verum ſolem iuſticię chriſtū ſūt
ſecuti: et luna ſub pedibus·quia ter-
rena deſpiciebant. Coronā duode-
cim ſtellarum in capite·quia duode
cim articulos fidei tenuerunt. Ideo
ſpiritusſanctus purgat per increpati
onem· vt vnuſqſqꝫ ſe in hac vita ſer
uet vt tunc ſecure poſſet ſtare. **Ter-
tio** ſpiritusſanctus rectificat per di-
rectionem. Et quia intentio portat
vexillum in regno virtutuꝫ ⁊ conſci-
entię: Ideo neceſſe eſt vt ſpiritusſan
ctus rectificet intentionem. Nā q̄t-
tuor genera hominum ſunt ī eccleſia
quoruꝫ intentio non eſt recta· ⁊ via
ꝑ quā ambulāt eſt curua **Huius**
legimus figuram. Prouͤ. xxx. Sa-
lomon ait: Tria ſunt mihi difficili-
ma·et quartum penitus ignoro·vi-
delicet viam aquilę volantis · viaꝫ
colubri ſuper terram·viam nauis in
mari·et viam viri in adoleſcētia ſua
Ideo depingebant Salomonē in
dei in introitu ipſius templi in hūc
modum. Ipſe ſedebat in throno re
gali·et ſuper eum aquila volās· ad
quam ait: Viam aquilę ſequi nolo
Ad dexteraꝫ coluber· ad quem ait:
Eiꝰ viā ſeq̇ nolo. Ad ſiniſtrā nauis
ꝑ mare nauigās·ad quam ait: Viā
eius ſeq̇ nolo. Infra eum adoleſcēs
inconſtans·ad quem ait: Viā eius
ſequi nolo. Ad propoſitū. **Quat-
tuor** ſunt genera hominuꝫ in eccle
ſia·quorum via nec intentio ē recta·
Primi ſunt hypocritę q̄ aſſimilā
tur aquilis. Nam aquila volat ī al
tis·et tamen predam capit in terris.
Ita hypocritę apparent quaſi aq̄lę
volātes·tñ ſūt homines decipiētes.

Secundi ſunt mendaciū loquē-
tes :et verba diſcordie ſeminantes.
Iſti aſſimilantur colubris: qui ve-
nenum diſcordie ſeminant inter cō-
cordiam. Tertij ſūt verbis adula-
torijs ſimulātes. Hi aſſimilant̃ na-
uibus per viam maris. Sicut enim
nauis ꝑtranſit mare· ⁊ tamen veſti-
gia non poſſunt inueniri. Ita multi
gerūt mel ī ore· ⁊ fel in corde· quoꝝ
nec via nec ītētio ē recta. Quarti
ſunt luxurioſi· videlicet viri in ado-
leſcentia qui eſt incōſtans. Sꝫ cum
venerit ſpiritusſanctus :facit in his
viam rectam: ⁊ intentionem bonā:
Facit de hypocritis iuſtos· facit de
adulatorib⁹ ꝑfectos· et facit d̾ luxu-
rioſis caſtos: Ideo petit eccleſia in
hymno quē hodie canimus ad lau-
dem ſāctiſpiritus: Veni creator ſpi
ritus mentes tuorū viſita ⁊c. Et ſic
p̄tꝫ ꝙ ſpiritusſanctus rectificat intē-
tiones hominum. Quarto dico
ꝙ gratia ſpiritusſancti inſtruit p̱ in-
formationem ſciētie bonitatis. Unn̄
ps. Bonitatem ⁊ diſciplinam· ⁊ ſci-
entiam doce me. Unde Sap: vij.
Spūſſanctus eſt omnium artifex· ⁊
omnem habet virtutem. Sūt aūt
ſeptē artes quas docet ſpiritusſan-
ctus: quas multi vertunt in malū
Cui⁹ legimus figurā Gen. xlj. Ui
dit pharao in ſpiritu calamum vnū
in agro habentem ſeptē ſpicas. Ca-
lamus in agro eſt homo in mundo:
habens ſeptem artes que ipſum ho-
noratum et glorioſum faciunt omni
mundo p̱ ſpiritumſanctū qui eſt ar-
tifex omnē habens ſcientiam. Pri
ma ſciētia eſt grāmatica que docet
recte loqui. Ille enim laudat̃ a lit-
teratis: qui dicit̃ bonus grāmatic⁹.
ſed ille magis laudatur a deo q̇ nul-
lū decipit· et veritatē ſemp̱ tenet· qꝛ
deus veritas ē. Scd̓a ſcientia eſt
phyſica· que docet circa naturalia·
videlicet herbas· arbores· et lapi-
des precioſos ⁊c. Et ille multū lau-
datur a mundo qui talem ſcit ſcien-
tiā· ſed ille laudat̃ magis a deo ⁊ an-
gelis ·et eſt corā illis bonus phyſic⁹
qui creatorem ī creaturis cognoſcit:
et gratias agit ꝙ ipſū dn̄m ꝯſtituit
omniū creaturarū mūdi. Tertia
ſcientia eſt geometria que docet mē-
ſurare· vt multi ita ſubtiliter ſciunt
mēſurare altitudines turrium ⁊ mō-
tium· et profunditatem maris inue-
ſtigare· ⁊ per circulos omnia ſubtili-
ter ordinare· ille multū laudatur in
mundo· ſed ille quem docet ſpiritus-
ſanctus· ⁊ facit eū geometram· qui
quotidie menſurat tēpus a deo ſibi
impenſum ꝙ nō inutiliter ꝯſumat:
et menſurat in corde bona opera et
mala· vt valeat reddere rationem.
Quarta ſcientia eſt theologia· q̄
docet ſacram ſcripturam· vt bibliā·
euangelia· ⁊ omnes libros ſacre ſcri-
pture· qui iſtam ſcientiam ſciunt· et
iſti multum laudant̃· Sed tū multi
ſunt qui ſunt theologi· et omnem
bibliam ⁊ libros ſciūt· et ſeipſos ne-
ſciūt: ideo docet ſpiritusſanctus ho-
minē vt ſeipſū cognoſcat. Et multi
ſūt q̇ ſolū ſciunt vnum pater noſter
et aue maria· ⁊ magis laudantur q̄
magni theologi. Unde Aug⁹. In
die iudicij ſurgent indocti· ⁊ cōdem-
nabūt nos doctos. Quinta ſcien-
tia eſt muſica docens ꝑfecte ⁊ ſubti-
liter cātare. Et ille multū laudatur

a mundo q̇ eſt bon⁹ muſicus. Sꝫ il-
le magis laudatur a deo et angelis
q̇ ſcit deuote orare. elemoſynã da-
re. ⁊ ieiunare. q̄ꝛ non clamor ſ꞉ amor
ſonat ĩ aure dei. nõ vox ſ꞉ votũ. nõ
chordula ſ꞉ cor deuotũ. **Sexta** ſci-
entia ē rhetorica: que docet hoĩem
bene ſcribere. ꝑfecte ⁊ ornate loq̇. et
dictare. Et ille bñ laudat᷑. Sed ille
plus laudat᷑ quē ſpũſſanct⁹ oĩa do-
cet verba dei ſcribere ĩ corde ſuo. et
facere illud qđ placet ſuo creatori.
ſicut dĩ de beata virgine: Oĩa v̄ba
chriſti ꝯferēs in corde ſuo tãq̄ꝫ in li-
bro. **Septima** ſciētia ē aſtrono-
mia: que docet ſtellas dinumerare.
curſũ ſolis. ⁊ lune. ⁊ ſtellaꝝ inueſtiga-
re. Et ille laudat᷑ a mundo. Sꝫ ille
pl⁹ laudat᷑ quem docet ſpũſſanctus
ſtellas inſpicere. ſolē. ⁊ lunã. et crea-
torem laudat: ſi placeret deo ſemꝑ
laudare optaret. Et ponit omnem
voluntatē ſuã ad volũtatem dei. ſi
pluit. pluat: ſi ſol lucet. luceat: Et
cogitat: Ecce quãta pulcritudo ē ĩ
celo ſuperiori. et quo tãta pulcritu-
do eſt in celo inferiori. Et ſic illas ſe-
ptem artes vel ſciētias docet vti ſpi-
ritusſanct⁹. ad laudē et honorē dei.
Tunc in vno calamo ſtant ſeptem
ſpice plene virtutib⁹. Ideo patet ꝙ
ſpũſſanctus docet ⁊ informat.

Feria ſecunda.
Sermo. xxxviiij.

Ux venit ĩ

i mundũ. Job. iij. Tria
ſunt ſigna veri amoris vni⁹ ad alteꝝ.
Primũ ē inſtructio in agēdis q̇d
agere ⁊ vitare debeat. Vñ Eccl. vij.
Filij tibi ſunt. erudi illos. **Scđm**
eſt ſubuentio ĩ reb⁹ neceſſarijs. Eccl.
xxix. Perde pecuniã ꝓpter amicũ
tuũ. ⁊ ĩ neceſſitate illi⁹ nõ abſcõdas
eam. **Tertiũ** vt ſi neceſſe fuerit ꝙ
etiã ꝓpter amicũ ſuum exponat ſe in
ꝑiculũ mortis. Unde Heſter. iiij.
Tradã me morti ꝓ vobis. Iſta tria
ſigna veri amoris oſtēdit pat᷑ circa
gen⁹ hũanũ q̇ nos ꝑ ſpiritũ ſanctũ
docuit quē miſit ĩ antiq̄ lege ꝓphis
vt ꝓplm erudirent. et in noua lege
aplis. vt mũdũ docerēt tanq̄ꝫ filios
dei. Itē oĩa poſuit ĩ creatiōe ꝓpter
nos. Naꝫ creauit ſolē et lunã ꝓpter
nos. ⁊ creauit aĩalia ꝓpt᷑ nos. Vñ
dicit ps. Nũq̇d mãducabo carnes
taurorũ. aut ſanguinem hircoꝝ po-
tabo? Ergo nõ ꝓpt᷑ me ſ꞉ ꝓpter te cre-
aui illa. Itē filiũ ſuũ ꝓpter nos tãq̄ꝫ
ſeipſũ nõ ſolũ expoſuit ꝑiculo mor-
tis. ſ꞉ in mortē amariſſimã ⁊ turpiſſi-
mam. Et de h̓ dicit᷑ in euangelio.

**N illo tpe dixit Jeſus
diſciplis ſuis. Sic de-
us dilexit mundũ vt filium
ſuũ vnigenitũ daret ꝓ hoĩe
vt omnis q̇ credit in illũ nõ
pereat ĩ aĩa. ſꝫ habeat vitā
eternã. Non eñ miſit deus
filiũ ſuũ ĩ mũdũ vt cõdēnet
hoĩeꝫ. ſed vt ſaluet᷑ homo ꝑ
ipſũ. Qui credit ĩ eũ non cõ-
demnat᷑. Qui aũt nõ credit
iam iudicatus ē ad morteꝫ
eternã. q̄ꝛ nõ credit in noĩe
vnigeniti filij dei. Hoc aũt
ē iudiciuꝫ cõdēnationis. q̄ꝛ
lux venit ĩ mundũ. ⁊ dilexe-
rũt hoĩes magis tenebras.**

q̄ꝫ lucem. Tenebrę aūt ſunt eoꝝ opa mala. Oīs eni q̄ male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucē· vt nō arguatur opa eius. Qui autē facit veritatē· venit ad lucē: vt manifeſtetur opa eius· q2 ī deo facta ſunt. Ad thema. Lux venit in mūdū. Nota ꝙ q̄druplex ē lux Prima lux ē chriſtus. Scd̄a ē gratia ſpūſſancti. Tertia lux ē hō iuſtꝰ Quarta lux ē glīa ętna. Primo dico ꝙ chriſtꝰ filiꝰ dei viui· miſſus ī hūc mūdū ꝓ nob̄ dr̄ lux. Et hoc ꝓpter multa. Primo· q2 lux hꝫ altiorē locū in creaturis· vt patꝫ ī ſtellis· luna· ⁊ ſole· q̄ ſtant ſup̄ oīa elemēta locata. Ita chriſtꝰ excellentiorē locū habet ſup̲ omnes choros angeloꝝ̄ et ſup̲ oēs electos ī cęlo. Vnde ait apl̄s Heb. x. Sedet ad dexterā dei pr̄is omnipotētis. Et ipſe dicit Eccl. xxiiij Ego ī altiſſimis habito· ⁊ thronus meꝰ in colūna nubis. Scd̄o dr̄ lux filiꝰ dei· q2 ſine luce hō nō poteſt bona facere. Sic ſine chriſto hō nō pōt facere opa meritoria. Vn̄ dicit in euāgelio Joh. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Tertio dr̄ lux chriſtus: q2 mūdū illuminat ſuis doctrinis· meritis· ⁊ exēplis. Vn̄ dr̄ Joh. viij. Ego ſum lux mūdi· q̇ ſeq̇tur me· nō ambulat ī tenebris· ſed habebit lumen vitę. Huius legimus figuram Geñ. p̄. Terra erit īanis ⁊ vacua· ⁊ tenebrę erant ſup̲ faciem abyſſi: Dixitq3 deꝰ ante creationem oīum creaturarū: Fiat lux· et facta ē lux. Et vidit deus ꝙ eſſet valde bonū: Et terra germinauit herbā virentem· ⁊ fecit fructū multiplicem ƀm ſpecies ſuas. Ita ſpiritualiter· humana natura per peccatum fuit lapſa in tenebris et vmbra mortis· ꝙ nō niſi ſpinas et tribulos germinauit vitioꝝ. Vn̄ videmus ꝙ terra carēs luce eſt ſterilis· ⁊ niſi ſpinas ⁊ tribulos ꝓfert Erant igitꝰ ſuperficies cordis noſtri tenebrę. Et ideo facti fueramꝰ velut abyſſi. Et ideo non poterat propter abyſſum noſtroꝝ peccatoꝝ ⁊ vitioꝝ deus videre ſup̲ faciē aīę. Sed pater in diuinis vidēs nr̄as tenebras· dixit: Fiat lux ī mūdo· qn̄ ſcꝫ miſit filiū ſuū vnigenitū Jeſum chriſtū in vterum virginis. Et lux luxit in mūdo quando chriſtus exiuit vterum virginis· ⁊ mundum illuminauit· et terra· id eſt· hō de terra· germinauit herbā virentē ⁊ fructū ƀm ſpecies ſuas· id ē· virtutes diuerſas· mediāte chriſto. Vn̄ ait Augꝰ ī libro de ſpiritu et aīa. Erat inquit nubes tenebroſa an̄ oculos meos· ⁊ in tenebris ambulabā· ſed venit illuminator meꝰ ⁊ deduxit me de tenebris in lucē. Et ſic patet ꝙ chriſtus eſt lux tenens ſupremum locum· et ſine chriſto nihil meritorie poſſumus operari. Secundo gratia ſpiritusſancti dicitur lux. Vnde dicit chriſtus ī euāgelio Joh. xij. Dum lucē habetis credite in lucem: vt filij lucis ſitis. Naꝫ videmus qn̄ homo eſt in tenebris non percipit quę ſibi ſunt nociua· vtrum ꝓpe vel lōge ſint. Poſſet enim hō in tenebris dormire īter ſerpentes venenoſos ꝙ neſciret· ſed quando lux veniret cognoſceret ꝙ fuit ī magno periculo. Ita peccator exiſtēs ī mortalibus peccatis· dormit ⁊ ambulat in tenebris īter vermes conſciētię· et

ĩter ſerpẽtes demonũ. Et hͦ cogno-
ſcere nõ põt. niſi mediante grã ſpiri
tuſſancti. Cuius legimus figuram
Act. xij. Petrus erat in tenebris. et
omnis populus iudeoꝝ expectabat
vt educeret. ꝛ interficeretur. hͦ venit
angelus: quem miſit dñs. et eduxit
eum dicens: Surge ſequere me. Et
ſurgẽs ſecutus ẽ eũ. Et ceciderunt
catene de manibus ſuis. ꝛ ꝑtranſijt
portã ferream. Et poſtea ait: Nũc
ſcio vere. qꝛ miſit dñs angelũ ſuum
ꝛ liberauit me de tenebris. ꝛ de omĩ
expectatione plebis iudeorum. Ita
moraliter. peccator ẽ vinctꝰ catenis
peccatoꝝ: et ſolui nõ põt. qꝛ tenebre
ſunt in habitaculo cordis. expectat
eũ pplˢ infernoꝝ. vt tradat ad eter-
nã mortẽ. ſed mittit dñs ſpiritũſan
ctũ. vt ſurgat ꝛ ſequat eũ ex portam
ferreã. Et dũ ſurgit ꝑ peccati ꝯfeſſi-
onẽ. ſoluit catena vitioꝝ: qñ ſacer-
dos ponit manũ ſupra caput eiꝰ. et
reſtituit in pͥſtinã grãm. tũc vadens
bene põt cogitare retrorſũ ad vitia.
ꝛ dicere: Nũc ſcio vere qꝛ miſit dñs
grãm ſpũſſancti. et liberatꝰ ſũ ab omĩ
expectatiõe plebis infernoꝝ. quia ſi
mortuꝰ eſſem in talibꝫ peccatis. eter-
naliter dãnatꝰ fuiſſem. Vñ Augꝰ
ĩ ſoliloq̄o. Cõuerſus vidi tenebras
in qbꝫ fuerã: ꝛ abyſſum peccatoꝝ in
q̃ iacuerã. Ve tenebris in quibꝫ ce-
lum vidi. nec me cognoui. ꝛ te dñm
dereliqui. q̃ es lux vera. Et ſic patꝫ
ꝙ gratia ſpiritusſãcti dicit lux. ideo
lux venit in mũdũ. Tertio iuſtus
homo dicit lux. Vnde Matth. v.
dñs dixit ad diſciplos et ad omnes
iuſtos: Vos eſtis lux mũdi. Quare.
qꝛ lux multiplicat fructꝰ. Quanto
enĩ terra magis hꝫ de luce. tãto plꝰ
habet ꝺ fructibꝫ bonis. Vñ aliq̄ſ
valles vbi nõ ẽ lux. ibi nõ ẽ fructus
Itẽ lux multo plus cõmunicat alijs
q̃ ſibijpſi. Ita iuſtꝰ cõmunicat gra
tiam ſibi a deo datam alijs cum di-
lectione. Vnde dĩ Sap. vij. Gra-
tiam quam habui ſine inuidia com
munico. ꝛ honeſtatem nõ abſcõdo
Item manifeſtat ſeipſã. Non ẽ ne-
ceſſe lucẽ abſcondere. ſꝫ ponit ſupra
candelabꝝ. Ita chriſtus poſuit nos
fideles in ſancta eccleſia: vbi alij vi-
deant nr̃a bona opa. ꝛ ꝓuocent ad
ſimilia. Vnde Mat. v. Sic luceãt
opa veſtra bona vt vidẽtes glorifi-
cent patrẽ veſtrũ q̃ in celis eſt. Itẽ
quia lux lucet ad multas imũdicias
mũdi. vt patet de ſole. ꝛ tamen non
maculatur. Ita iuſtus homo inter
infideles peccatores ꝑdicat verbũ
dei. ꝛ multos peccatores videt ꝛ ſu-
perbos mundi. ꝛ tñ inde non macu
latur in ꝯſcientia nec ĩ anima. Vnde
Petrꝰ. j. Petri. ij. Cõuerſationeꝫ
veſtrã inter gẽtes habentes bonam
vt emendent q̃ vos videant. Cuiꝰ
legimus figurã. Exo. xxvij. Domi-
nus ꝑcepit Moyſi et ſuis ſucceſſori-
bus: ꝙ ſemper deberet eſſe in taber-
naculo vel in templo. lucerna ardẽs
ꝛ nunq̃ꝫ extingui. quã pͥſbyter tem-
pli deberet nutrire ꝙ non extingue-
ret. oleũ infundẽdo. Propterea ha
bet eccleſia ex antiq̃ lege ꝙ in omni
bus eccleſijs cathedralibus et religi
oſorum habẽt lucernas vel lampa-
des. que nunq̃ꝫ debẽt extingui. Ita
ſpũaliter. lumen iuſticie iuſti homi-
nis nunq̃ꝫ debet extingui in templo
ꝯſcientie. vt aĩa videat opa verifica

et ſemꝑ debet infundi oleum pietatis vt nõ extinguatur. Et tunc talis iuſtus in cuiꝰ corde ē lampas charitatis ⁊ infundit oleũ humilitatꝭ vꝫ cõmunicare omnib⁹ ītrãtib⁹ eccliaꝫ ſuũ lumē per exempla bona instructiones bonas ⁊ ꝑ orationes deuotas. Sic lux id eſt iuſtꝰ multiplicat fructus bonoꝝ opeꝝ ⁊ multis ꝓdeſt ad laudem dei. Unde Gregꝰ. Illa virtꝰ plures edificat et nob̄ gloriaꝫ ęternam miniſtrat q̄ in hũilitate nutrimentũ habet. Ut patet de virginibus quinqꝫ prudentibus quę habuerũt lãpades ardẽtes. ideo ītromiſſe ſunt ad ianuã vitę ęternę. Sꝫ q̄nqꝫ fatuę non habẽtes lampades charitatis non oleũ humilitatis expulſę et portę clauſę ſunt ante eas. Et ſic patet ꝙ homo iuſtus dicitur lux. Ideo lux venit ī mũdũ. Quarto luxꝰ dicitur gloria ęterna. Eſa. lx Erit dñs populo ſuo gloria in lucē ſempiternam. Et ratio eſt. quia lux miniſtrat vitã. ita gloria ęterna miniſtrat vitam ęternaꝫ. Ideo dic̄ ps Emitte lucem tuam et veritatē tuã. ipſa me deduxerunt ⁊ adduxerunt ī montem ſanctum tuum. Item quia lux lętificat. vt patet de auibꝰ q̄ q̄n ſedent in tenebris non lętantur. ſed adueniente lucē cantant et lętantur Ita animę electorum hic in tenebris mũdi non ſunt lętę. ſed venientes ad lucem ęternaꝫ gaudent ⁊ lętantur. Huius legimus figurã Ezech. xliij. dicit Ezechiel: Uidi et ecce aq̄ egrediebant ſub limine domus dei. vbi erat claritas īmenſa. et aquę deſcendebant in templuꝫ ⁊ facies domus verſa fuit in orientem. et aquę ſplendebant vt cryſtallus. Cuiꝰ impetus fluminis lętificat ciuitatē dei Ita moraliter per hanc aquaꝫ egredientem de domo dei. vbi tanta fuit lux claritatis. nota gaudium electorum. Nam fluminis eius impetus lętificat ciuitatem dei. id eſt. vitam ęternam vbi omnes gaudent. Unde dicitꝰ Sap. x. Dedi iuſtis et electis claritatem ęternam: vt luceant corã deo in lumine viuentium.

Feria tertia. Sermo xxxix.

Ego ſum hoſtiũ. ꝑ me ſi quis introierit ſaluabitꝰ. Joh. x. Unde notanduꝫ ꝙ deꝰ pater ab initio duos ordines tanqꝫ ī duob⁹ clauſtris ordinauit: vnũ paradiſũ terreſtrē aliũ ī cęlo. Sꝫ ꝺ clauſtro īnocẽtię apoſtatauit hõ quī expulſus ꝓpter peccatũ fuit ꝺ paradiſo. De clauſtro ſupiori apoſtatauit angelꝰ lucifer cũ ſuis. Sed deꝰ pater miſit ꝓpriũ filiũ vt reuocaret hoīeꝫ tãqꝫ ouē errãtē ſine paſtore. Unde ps. Erraui ſicut ouis q̄ periit. Sꝫ q̄re nõ reuocauit apoſtatã q̄ cecidit ꝺ ſupmo ordine. ſcꝫ luciferũ cũ ſuis. Ratio ē. q2 hõ erat fragilis naturę. q2 de terra formatꝰ Ideo magis ei cõpatiebatꝰ. Ergo hõ petiuit hũiliter deũ patrē ꝓ reuocatiõe et liberatione. vt ptꝫ ꝺ ſanctꝭ patriarchis ⁊ ꝓphetis: Sꝫ ꝺ humilitate demonis nullibi legitꝰ. q2 induratꝰ eſt in ſua ſuperbia: ꝙ noluit ſe humiliare erga ſuũ creatorē. Sicut legitꝰ de ſancto machario epo. qui orauit ꝓ demonib⁹. vt eos deꝰ recipet ad

gratiaȝ · et cōpateretur eorū miserię.
Rn̄dit ei deꝰ: Si vellēt se hūiliare:
⁊ veniā petere · reciperē eos ad grām.
Tunc postea apparuit ei diabolus
īterrogās eū qd respōderet ei dn̄s.
Dixit. Si velles te hūilare ⁊ veniā
petere. Respōdit diabolꝰ: Hoc nul-
lo mō faciā · ſ deꝰ debet se corā nob
humiliare · qr iniuriaȝ nob fecit. Et
ergo christꝰ solū missus est ad illos
reuocandos qui se humiliant · et pę-
nitentiam agunt · ⁊ isti ꝑtinēt ad cō-
gregationeȝ diuinę hereditatis ad
quā sumꝰ vocati · et hoc patet ī euā-
gelio hodierno.

Dixit Jesus discipulis
suis: Amen amen dico
vobis · id est · vere · qui nō in-
trat ꝑ hostiū humilitatis in
ouile cōgregatiōis fidelita-
tis · sed aliūde · videlȝ ꝑ viaȝ
supbię et icredulitatis ascē-
dit · ille fur est et latro. Qui
aūt intrat ꝑ hostium verę fi-
dei · huic hostiarius aperit ·
q ē christus. Et oues · i · fide-
les · quos reuocauit · audiēt
vocē eius · scȝ suę ꝑdicatio-
nis · Et ꝓprias oues q̄s pri-
mitus vocauit · videlȝ duo-
decim apostolos vocat no-
minatim · et ipsas educit Et
cū ꝓprias oues · id ē · aplos
miserit · vadit ante eos ꝑ spi-
ritum sanctū: eos cōfortan-
do · et vocē eius audiūt et se-
quūtur. Alienū nō sequunt
id est · diaboli insidias · ſȝ fu-
giunt ab eo · quia non noue-
runt vocem alienorū · Hoc
ꝓuerbiū dixit eis Jesus de
reuocatiōe humilitatis. Il-
li nō intellexerūt eum quid
loquebatur eis Iterū dixit
eis · Amen amē dico vobis ·
id ē · vere · ego sum hostium.
Oēs qui ante me fuerūt fu-
res sūt ⁊ latrones · sicut sūt
diabolus et mundus. Sed
nō audierūt eos oues · id ē ·
sancti ꝓphetę ⁊ electi dei · ꝑ
me si qs introierit saluabit
et pascua inueniet · siue egre-
diendo siue ingrediēdo In-
grediendo ad fideȝ · egredi-
endo de hoc mundo ad pa-
trem. Fur · id ē diabolus nō
venit: nisi vt mactet et furet
oues · et perdat cōdēnando.
Ego veni vt vitaȝ habeant
et abundātius habeāt post
hanc vitaȝ in ęternitate. Ad
thema: Ego sum hostiū · ꝑ me si qs
introierit saluabit. Joh. x. Sūt
enī q̄ttuor ꝑtes mūdi q̄ habēt suas
portas. Oriēs habet tres. Occidēs
hȝ tres. Meridionalis tres · Sptē-
trionalis tres. Per has tres portas
oportet nos itrare ī gaudiū cęlestis
gaudij. Huius legimꝰ figurā Apoc.
xxi. Venit ad me vnus de septem
angelis · ⁊ dixit mihi: Ueni ostēdaȝ
tibi ciuitatē nouā hierusalē supnā ·
et claritatem eius splendenteȝ · et la-
pides preciosi erant in circuitu eius ·
⁊ habebat murum altum · et portas
duodecim · tres ab oriēte · tres ab oc-
cidente · tres ab austro · ⁊ tres ab aq-
lone. Ita spiritualiter ꝑ hāc ciuita-
tem hierusalem nouam nota. cęlestē
patriam · cuius lumen claritatis: est
ita magnum quod splendet a facie

dei· q̄ non indiget ſole neq̄z luna.
Murus eius alt⁹· quia neq̄z clamor
neq̄z mors· neq̄z diſcordia poſſunt
intrare. Habet h̄ ciuitas duodecī
portas per quas oportet vnūquēq̄z
ītrare. Prima ps illius ciuitatis
ē oriēs. Et habet tres partes ab ori-
ente que vocat̄ natiuitas hominis.
Nam per primā portam tranſit hō
cuz naſcitur in mundū nudus pau-
per ⁊ in miſeria et dolore. Unde dr̄
Job .p̄. Nudus egreſſus ſū ab vte-
ro matris meę· et nudus reuertar il-
luc. Item idē Job .xiiij. Inter oēs
creaturas pauperior naſcit̄ homo·
Mendicat etenim lanam de oue· li
num de terra· coriū de equo vel bo-
ue· piſces de aqua· ⁊ ſic de alijs· ⁊ ſic
in paupertate· nuditate· et miſeria·
intrat per portam primaz. Scd̄a
ab oriēte natiuitatꝭ eſt porta baptiſ-
matis· que ē ianua et porta ſalutis.
Primo enim quādo homo per illā
tranſit· ibi abſoluitur ab omnibus
peccatis originalibus· et ibidem re-
nunciat et abnegat diabolo ⁊ pom-
pis eius· ⁊ facit homagium ipſi deo
et angelis eius. Un̄ Aug⁹. Baptiſ-
mus eſt prima porta gratię et miſe-
cordię ⁊ omnium ſacramentorū pri-
mus introit⁹. Tertia porta ab ori-
ente ē cōfirmationis. Unde confir-
matio a ſanctꝭ patribus inſtituta ē·
quia quando homo incipit florere ī
mundo· a tribus ſtatim impugna
tur· videlz diabolo mundo ⁊ ꝓpria
carne. Sed deb et ꝯfirmari in omni
bono· ſicut epiſcopus ſupra ſanctū
oleū ⁊ chriſma· multas legit benedi
ctiones· vt illa ꝯfirmatio fiat homi-
ni defenſio ꝯtra demonem· mundū
et carnē. Et hęc cōfirmatio venit ex
antiq̄ lege. Nā legim⁹ .j. Regū. viij
quando filij iſrael intrauerūt terraz
promiſſionis ꝑ mare rubrū· et ꝑ ior-
danem ad poſſidendam eā· fuerunt
multipliciter impugnati ab inimicꝭ.
Sed venerunt ſeniores ad ꝓphetaz
domini ſamuelē· et petierunt vt vn-
geret eis regem· qui orauit dn̄m vt
mitteret ſibi vnū quem vngeret eis
Et miſit dn̄s ſaul iuuenem· fortez·
et elegantis formę et ſtatuere. Quē
ꝓpheta duxit ꝑ portas tabernaculi
⁊ ī cornu altaris vngebat ipſū chri-
mate in regē· dicenſ: Pugna fortit̄
bella que tibi euenient. Ita ſpiritu-
aliter· quando homo venit primo ꝑ
duas portas· natiuitatiſ· ⁊ iordanis
baptiſmatis· et in mūdo incipit flo
rere· tunc multis impugnationibus
tribulatur· nunc a mundo· nūc a di
abolo· nunc a propria carne: Debet
ergo duci ad epiſcopum· vt vngat
ipſū in regē virtutū: vt viriliter pu-
gnet contra vitia. Et cuz diabolus
vidit q̄ chriſmate eſt vnct⁹ tāq̄z rex
fugit. Ideo a ſanctis patribus ⁊ ꝓ-
phetis nouę legis ;ē hęc cōfirmatio
inuenta. Et ſic ꝑtranſiuit homo per
tres portas primas verſus orientez
id ē· natiuitatē. Scd̄a ps ciuitatꝭ
hierl'm habuit tres portas· et h̄ fuit
aquilo. Per iſtā portam trāſit̄ ad
infernuz· q̄r dr̄ Hiere .j. Ab aq̄lone
pandet̄ omne maluz. Quādo enim
hō peccat mortaliter· tunc vadit ad
portas ęternę damnationis. Debet
igitur peccator reuerti de portis pec
catorū· ⁊ ire ꝑ tres portas q̄ vadunt
ad ciuitatem hieruſalez. Prima
ē contritio cordis. Nā ſm̄ doctores

contritio eſt dolor voluntarie aſſū-
ptus ꝑ peccatis cum ꝓpoſito ꝯfiten-
di ⁊ ſatiſfaciēdi. Nam qn̄ homo hꝫ
veram cōtritionem cordis. tunc va-
dit per primam portaꝫ. Unde ani-
ma deuota dicit Cantꝭ. vij. Man-
dragore dederunt odoreꝫ in portis
id eſt. bone cogitationes de peccatꝭ
Scda porta ab aquilone. eſt con
feſſio oris. Vn̄ ſm Ray. Confeſſio
eſt legitima coram ſacerdote peccati
declaratio. Aug⁹ in libro de pe̜nitē
tia. Confeſſio eſt ſalus animarum.
diſſipatrix vitiorꝫ. reſtauratrix vir
tutū. oppugnatrix demonū. Quid
plura? Obſtruxit os īferni. ⁊ portas
aperuit paradiſi. Unde qn̄ homo
pure confitetur omnia peccata que̜
vnq̄ꝫ fecit. ⁊ abſoluitur a cōfeſſore:
tunc vadit per ſcdam portam ad ci-
uitatem hieruſalem. Unde pͣs. In
troite portas eius in ꝯfeſſione **Ter
tia** porta ab aquilone. id eſt. a pec-
catis. ē porta ſatiſfactionis. Satiſ
facere q̇d ſit. dicit Anſelmus libro
iiij. Cur deus homo. Satiſfacere eſt
deo honorem debitum reddere. Et
ſm Raym̄. ſatiſfactio conſiſtit ī tri-
bus. ſcꝫ oratione. ieiunio. ⁊ elemoſy-
na. Per orationē homo ſatiſfacere
poteſt contra ſuꝑbiam. per ieiuniū
contra carnis concupiſcentiam. per
elemoſynaꝫ contra auariciā. Quia
ſm petruꝫ: per ieiunium homo ordi
natur in ſeipſo. per elemoſynam ad
ꝓximuꝫ: per orationem in deū. Nā
quando homo pe̜nitētiam ſibi iniū
ctā impleuit. tunc ibit per tertiaꝫ por
tā d̕ peccatꝭ. Vn̄ Eſa. xxvj. Aperite
portas. et īgredietur gens iuſta. **Ter
tia** porta ciuitatis eſt ab occidente.

Et habuit ſimiliter tres portas. ⁊ hꝫ
ſignificat mortem hominis. Nā ibi
ſol occidit. id eſt. vita noſtra ſubtus
terram. Et he̜c pars habet tres por
tas ꝑ quas homo vadit in mortem
Prima porta ē amariſſime̜ mortꝭ
Nam anima hoīs egreditur de ore
per amariſſimā ſeꝑationem. Sicut
videmus ꝙ in ſeꝑatione anime̜ oīa
membra patiuntur. oculi vertūtur.
tūc anima vadit ad primam portā
occidētalem. De iſta porta dicit pͣs
Appropinquerunt vſq̄ꝫ ad portas
mortis. **Secunda** porta eſt quā-
do anima iudicatur ī ictu oculi: qn̄
angeli veniūt ⁊ adducūt bona oꝑa
eius. et demones opera mala. et qn̄
iudicatur ad ſaluanduꝫ per e̜ternā
vitam: Tunc bene poteſt verificari
illud Prouer. vlꝭ. Laudent eam ī
portis opera eius. quia opera eorꝫ
ſequuntur illos. **Tertia** porta eſt
purgatorij. per quam omnes homi-
nes oꝑtet ꝑtranſire. ſed tamen aliq̇
non manent diu ibi. ſed aliqui val-
de diu manēt ibi Qui clamāt iſtud
Job. xix Miſeremini mei. miſeremi-
ni mei. ſaltem vos amici. ſuccurrite
mihi: vt cito poſſim tranſire ꝑ hanc
portā purgatorij. De iſtis ait Job
xxxviij. Nūq̇d aperte tibi ſūt porte̜
mortis. et hoſtia tenebroſa vidiſti ī
purgatorio? Tūc per pe̜nas q̄s ibi
patitur frāgit portas ferreas. De q̊
pͣs. Portas e̜reas cōtriuit. ⁊ vectes
ferreos confregit. **Quarta** pars ci-
uitatis hieruſalē fuit ab auſtro. Et
habuit portas tres. He̜ porte̜ ſūt ī-
troit⁹ ad e̜ternuꝫ gaudiū. Prim⁹
eſt introitus ad felicitatem omniuꝫ
electorum. Nam qn̄ intrat cōſortiū

corũ· tunc ibit per primam portam. Unde legimus figuram Judith .x. ꝙ domina iudith exiuit de nocte ciuitatẽ bethuliam cuꝫ ſua ancilla· ⁊ iuit vias tenebroſas: ⁊ deuicit holofernem· ⁊ tũc de mane venit ad portas ciuitatiſ· ⁊ ait: Aperite nobis portas: qꝛ nobiſcũ ẽ deꝰ. Ita ſpiritualiť aĩa egrediens ꝺ corpe per vias tenebroſas purgatorij vicit holofernũ· id eſt· diabolũ· q̇ aĩam multũ vexat ĩ purgatorio· donec ipſa ſatiſfaciat ibi ꝓ omnibꝰ peccatis ſuis· tunc aĩa purgata· victo holoferne· i· diabolo põt bene dicere ad angelos: Aperite nobis portas regni cȩleſtis· quia nobiſcũ ẽ deus. Vicimꝰ enĩ holofernem· ⁊ omnes pȩnas mũdi et purgatorij· et ſic ibit ꝑ primã portã. Secũda porta ẽ virgo glorioſa· quaꝫ videt velut reginã cȩlorꝝ: ⁊ dominã angelorũ· q̃ eſt porta miſericordiȩ ꝑ quã peccatores poſſũt intrare. Unde ea canit eccl'ia: Tu regis alti ianua et porta lucis fulgida· tu virgo maria. Tertia porta eſt altiſſima deitatis apparentia· ⁊ claritatis refulgentia: quȩ aperiť qñ homo clarificatus deũ videbit facie ad faciẽ. De iſta porta dicit p̃s. Hȩc porta domini· iuſti intrabunt ꝑ eaꝫ. Per hanc igitur portaꝫ ſi quis introierit ſaluabitur: ⁊ paſcua inueniet· id eſt· dilectionẽ in diuina facie. Ergo ad thema: Ego ſum hoſtium· per me ſi quis ĩtroierit ſaluabitur: Quod nobis concedat pater· et filius ⁊c.

De ſancta trinitate. Sermo .xl.

Altitudo

o diuitiarũ ſapiẽtiȩ ⁊ ſcientiȩ dei: q̃ꝫ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eiꝰ· ⁊ inueſtigabiles viȩ eius Roma .xj. Quia ariſtoteles ait: Oẽs hoĩes naturaliť ſcire deſiderãt multa ꝑ rerꝝ differentias· tñ aliq̃ res ſũt q̃ nullus hoĩuꝫ plene inueſtigare valeat· videlicꝫ triũ ꝑſonarũ vnitas: ⁊ tñ trinitas. Nã multi voluerũt ſcire ad plenũ: ⁊ aſcẽderunt altos montes· ⁊ deſcẽderũt valles. Et quanto ꝓfundius inueſtigabant· ⁊ quãto altiꝰ cogitabãt· tanto minꝰ ꝑuenire ad ꝑfectã noticiam poterant. Ideo ait dauid ĩ p̃s. Defecerunt ſcrutãtes ſcrutinio. Accedit hõ ad cor altũ· videlꝫ cogitãdo· et exaltabitur deus ĩ ꝯtẽplando. Debemus iñ laudare tria opa triũ ꝑſonarũ q̃ videmꝰ manifeſte Primo opus patris q̇ creauit cȩlũ ⁊ terram Unde ait Augꝰ. Si talẽ creatoreꝫ viderem: q̇ talem terrã· tale cȩlũ poſſet creare· vellem dicere ꝙ eẽt pater. Scd'o opꝰ filij ſui redẽptoris nr̃i q̇ nos redemit ſuo p̃cioſo ſãguine: vt teſtimoniũ nobis ꝑhibent qui viderunt ⁊ audierunt. Tertio opus ſpũſſancti ſuȩ illuminationis· q̇ illuminauit corda ſãctorꝝ ꝓphaꝝ ⁊ apoſtolorꝝ· vt patꝫ manifeſte in ſignis ⁊ miraculis. Sed quõ hi tres vnũ ſũt ⁊ tamen tres ſunt· hoc nullus ꝑfecte ſcire poteſt· quia nimis ꝓfundȩ factȩ ſunt cogitationes eius. vt inſipiens non intelliget hȩc· nec ſapiẽs huiꝰ mũdi. Sed poſt hãc vitã videbimus eũ facie ad faciem. Ideo ait paulus ap'ls ĩ themate: O altitudo

diuitiarum ⁊c. Nota ꝙ quattuor
ſunt inueſtigāda de trinitate. Pri
mo quō ſit in veteri teſtamēto decla
rata. Scđo quomodo ſit ī nouo te-
ſtamēto vel lege demonſtrata. Ter-
tio quomodo ſit in naturis rerū ma
nifeſtata Quarto quomodo ſignis
miraculoꝝ ſit cōfirmata. Primo
dico ꝙ beata trinitas pōt a nobis ī-
ueſtigari quomodo ſit ī veteri teſta-
mento declarata. Et hoc q̄druplici
ratione. Nam primū teſtimonium
fuit Eſa. vj. qui vidit dn̄m ſedētem
ſuper ſolium excelſum et eleuatum:
quez adorauit omnis terra. Et duo
angeli ſtabāt ex vtraq; ꝑte ⁊ clama
bant: Sanct⁹ ſanctus ſanct⁹ dñs
deus ſabaoth· et hoc eſt teſtimoniū
ꝓmū. Secūdū teſtimoniū antiq̄
legis ē abrahę patriarchę Geñ. xviij
q̇ ſtetit ī hoſtio tabernaculi· et vidit
tres viros ꝓpe ſtantes· tres vidit et
vnū adorauit. Hęc oſtēſio fuit ſibi
reuelata. Naz vidit tres ꝑſonas· et
tñ niſi vnā ꝑſonā adorauit· ⁊ peti-
uit· ⁊ exaudita eſt oratio eius: quaſi
diceret: Tres ſunt ꝑſonę in diuinis
ſed tñ vnus eſt adorandus· ⁊ q̄uis
diſtincta ſunt opera· tamen ē vnus
deus. Tertiū teſtimoniū antiquę
legis eſt dauid ꝓphetę ī ps. dicentꝭ:
Benedicat nos de⁹ de⁹ noſter· bn̄-
dicat nos deus: ⁊ metuāt eū omnes
fines terrę. In illa auctoritate mani
feſte oſtendit trinitatem perſonarū
et vnitatem eorum. Vnde ait: Be
nedicat nos deus pater noſter· be-
nedicat nos deus filius· benedicat
nos deus ſpiritusſanctus; Ecce ma
nifeſte ponit perſonas· ſed vnitatez
aperte exprimit in vltimo vbi dicit;
Et metuant eum omnes fines terrę
Quartū antiq̄ legis eſt ipſi⁹ ſapiē
tis: Eccl. xliij. q̇ dicit: Sol tripliciter
exurit mōtes. Per mōtes ītelligūt
chori angelorum· vt dicꝭ ps. Mōtes
in circuitu eius. Nam pater ſua cla
ritate deitatꝭ exurit montes angelo
rum igne diuinę claritatis. Fili⁹ ex-
urit montes· id eſt· contemplatiuos
radio contemplatiōis. Spiritusſan
ctus comburit montes· et exurit mē-
tes ſanctorum doctorum eos in ſapi
entia ſua illuſtrādo. Et ſic quadru-
plex teſtimonium habemus de trini
tate antiquę legis; q̄uis īueſtigabi
les ſunt vię eius. Secundo bea
ta trinitas a nobis poteſt īueſtigari
quomodo ſit ī noua lege demōſtra-
ta; Et hoc ſimiliter quadruplici ra-
tione. Primū teſtimoniū trinita-
tis nouę legis eſt chriſti domini· di
centis Marc. vlt. Dixit domin⁹ ad
diſcipulos quādo cęlos voluit aſcē
dere: Ite in orbez vniū̇ſum· ⁊ prędi
cate euāgelium omni creaturę· id ē·
omni homini: baptiçātes eos in no
mine patris· et filij et ſpiritusſancti·
vbi manifeſte exprimit trinitatē. Et
dic̄ beat⁹ philipp⁹ ad Ieſū Ioh. xiiij
Dñe oſtende nobis patrez ⁊ ſufficit
nobis. Reſpondit dominus: Phi
lippe: ego ⁊ pater vnum ſum⁹; Qui
videt me· videt ⁊ patrem meū· et ſpi
ritumſanctum mittā vobis a patre
⁊ filio procedentez. Secundū te
ſtimoniū ē Iohis euangeliſtę. Vñ
Apoc. iiij. Vidi ante thronū quat-
tuor animalia· ⁊ ī circuitu throni an
geli die ac nocte cantabāt: Sanct⁹
ſanctus ſanct⁹ dñs de⁹ omnipotēs
qui eſt· qui erat· ⁊ qui venturus eſt.

Sanctus pater omnipotens q̄ erat
ab eterno · ſanctus filius dñs q̄ ven-
turus ē iudicare viuos ⁊ mortuoſ · ⁊
ſpūſſanctus q̄ eſt illuminator · ꝯſola
tor · viuificator · ⁊ inflāmator cordis
hoīs ī omni tpe bono. Tertiū te-
ſtimoniū eſt Pauli apoſtoli dicētis:
Ex ipſo · ⁊ ꝑ ipſum · ⁊ in ipſo ſūt oīa.
Ex ipſo tanq̄ꝫ a patre creaturarum
omniū creatore · ꝑ ipſuꝫ tanq̄ꝫ per fi
lium redemptorē · in ipſo tanq̄ꝫ ſpū
ſācto ſūt oīa diſtincta ordinata ⁊ il-
luminata. Creata ꝑ patrē · ⁊ illumi-
nata ꝑ ſpiritūſanctū · ⁊ redempta ꝑ
filiū. Quartum teſtimonium eſt
de Johīs epla. j. Joh. v. qui dicit:
Tres ſūt q̄ teſtimonium dant in ce-
lo. pater · verbū · et ſpiritusſāctus · ⁊
hi tres vnum ſūt. Jn his verbis de-
ſcribitur diuinaꝝ ꝑſonarum diſtin
ctio. Et hoc ibi: Tres ſūt qui teſti-
monium dant in celo. Secūdo ꝑſo
narū vnitas · ⁊ hoc ibi. Hi tres vnū
ſunt. Jn his excluditur error hereti
coꝝ quorūdā · qui dicunt ꝙ non ſūt
tres perſone in diuinis · ſed pater cū
vult eſt filius · et filius cū vult eſt pa
ter · ⁊ ſpiritusſanctus cum vult ē pa-
ter ⁊ filius. Et ideo dicūt tres ſūt · ⁊
hi tres ſunt vnum. Et ſic patet teſti
monium noue legis · quō īueſtigari
poteſt beata trinitas. Tertio bea-
ta trinitas poteſt a nobis īueſtigari
vtrum in reb⁹ viſibilibus poteſt de-
monſtrari. Et hoc ſimiliter in quat-
tuor. Primo in ſole ſplēdente · q̄r
ſicut ī ſole naturali oculus noſter vi
det tria · videlicet ꝙtitatem · ſplēdo
rem · et ignem. Jta in tribus ꝑſonis
tamen vna deitas eſt ī eſſentia. Ro
tunditas ꝙtitatis · ſignificat ꝑrem ·
quia id quod eſt rotundū nō habet
principium neq̄ꝫ finē. Splendor ſo
lis ſignificat filium ſeu perſonam fi
lij · qui eſt ſplēdor a patre procedēs
ſicut lumen d' lumine. Jgnis ſolis ſi
gnificat ignem ſpiritusſancti · q̄ miſ-
ſus eſt aplis ī ſpecie ignis · quia ſicut
ignis habet inflāmare vt germinet ·
ita ignis ſpūſſancti. Secūdo po-
teſt in ſpeculo viſibili demonſtrari.
Nam ꝙtūcunq̄ꝫ ſpeculum magnū
fuerit in ſe · tamen in eo nō reſplēdet
niſi vna imago · ſed ſi diuidis ſpecu
lum ī tres partes: in qualibet parte
apparet eadem imago. Jta ī ſpeculo
eterno ipſi⁹ trinitatis · videtur imago
vna deitatis; et tamen ſunt ibi tres
perſone · ⁊ in qualibet perſona reful-
get ſicut ī alia. Tertio poteſt oſtē
di in fonte fluente. Nam ſicut fons
fluens emittit riuulum · et de riuulo
qui ꝓcedit d' fonte · fit congregatio
aquaꝝ · que lauat mundat ⁊ portat
Jta pater ē fons et origo omniū cre
aturarū. Vnde ꝑs. Sitiuit anima
mea ad deū fontem viuum · quādo
veniam ⁊ apparebo ante ⁊c. Sicut
de fonte riuulus · ſic fili⁹ a patre. Si
cut aquarum congregatio procedit
de fonte ⁊ d' riuulo · ita procedit ab
vtriſq̄ꝫ ꝑſonis aqua ſpiritusſancti
homines lauans · mundans · ⁊ creās
Vñ dī Ezech. xxxvj. Effūdaꝫ ſuꝑ
vos aquam mundam · ⁊ mundabi-
mini ab omnib⁹ inquinamentis ve-
ſtris. Quarto demōſtratur beata
trinitas in re viſibili ſic in vite. Nā
vitis habet frondes · flores · ⁊ fruct⁹ ·
Jta anima humana ad imaginem
dei creata. ſicut patet Geñ. p̄. Faci-
amus hominem ad imaginē noſtrā

Niſi ibi fuiſſet beata trinitas dixiſſet vtiq3: Facio hoīez ad zč. Et ſic hec tria ſūt in vite. ſcz frondes. ꝛ flores. ꝛ fruct⁹. Ita habet aīa memoriā. voluntatē. ꝛ intellectū. Et ideo ait chriſt⁹ ī euāgelio Joh. xv. Ego ſum vitis vera. ꝛ vos palmites. qui manet in me: ꝛ ego in eo. hic fert fructū multū. Et ſic pꝫ ꝙ beata trinitas in ꝑſonis. et vnitas in eſſentia ē in rebus viſibilibus demonſtrata.

Quarto ē beata trinitas miraculis cōfirmata. Et hoc ſimiliter in q̄t
i. tuor miraculis. Primū eſt quod narrat q̄dā doctor qui dicitur Eutropi⁹: ꝙ cum quidam ſacerdos nō credens ſanctam trinitatē eſſe ī vnitate. deberet quendam puerum baptiſare. et peruertebat illa verba q̄ chriſtus docuit diſcipulos: Ite ī orbem baptiſantes eos ī nomine pr̄is ꝛ filij. et ſpiritusſācti. Peruertebat autem illa verba. et dixit: Baptiſo te in nomine patris. per filium. ī ſpiritumſanctū. Et ſtatim aqua diſparuit. ꝛ ali⁹ p̄sbyter accedebat credēs et baptiſauit recte. tunc aqua ibi reuerſa eſt. et coram omni populo fa-
2. ctum eſt iſtud miraculum. Scd'm miraculū narrat Frigobertus. Cū quidam ſacerdos dubitaret et ſtaret in altari. legens miſſam de trinitate. cogitans ꝙ non poſſet eſſe trinitas ꝑſonarum in vna eſſentia. Et cuꝫ ſic ſtabat cogitando et dubitādo in memoria. ſtatim apparuerunt tres lapides precioſi coram illo in altari. et ī quolibet cornu altaris erat vnus lapis ex oppoſito. et in medio terti⁹. Et ſtatim paulatim trāſibāt in vnum. ſcilicet in medium. et erat vnus lapis precioſus. Et ille ſtatim poſt miſſam faciens confeſſionem. retinuit lapidem iſtum pro magnis reliquijs. ꝛ valuit infirmis ad medelā

Tertium miraculum legimus in 3.
ſcholaſtica hiſtoria. ꝙ in natiuitate chriſti: tres ſoles orti ſunt ī oriente: ac paulatim redacti ſunt in vnum ſolem. in ſignum ꝙ ante chriſti natiuitatem non erat niſi noticia vnius perſone in diuinis. ſcilicet patris. Sꝫ mediāte chriſto tres perſone fuerāt manifeſtāde ī vna eſſentia. Quar
tū miraculū fuit beati Aug. Nam 4.
ipſe voluit componere librum ꝺ trinitate. et ibat iuxta mare: cogitādo qualiter poſſet ponere ꝙ nō erraret. et vidit quendam puerum ſedenteꝫ iuxta mare: qui faciebat foueam. et habuit cochlear aureū volēs mare exhaurire in illam foueam. Et Auguſtin⁹ mirabatur. dicēs: Quid facis tu? Reſpōdit: Volo mare fundere in hāc foueā. Reſpondit: Hoc eſt impoſſibile. Et ait puer: Ita impoſſibile eſt te ſcire poſſe fundamentaliter quod cogitaſti. Sed crede ſimpliciter. et fides tua ſaluum te faciet. et diſparuit zč.

De venerabili ſacramēto Sermo xli.

Hic ē panis q̄ de celo deſcendit. Joh. vj. Nota qn̄ homo debet longaꝫ viaꝫ ambulare. indiget ꝓ via pane. qꝛ dicit p̄s. Panis cor hoīs confirmat. Et ratio ē. qꝛ ſemper agit calor naturalis in humidum. et iſta ſunt ꝯtraria. ſcꝫ ignis ꝛ aqua. Ita ignis

naturalis ſemꝑ trahit ad ſe aquam
humiditatis·hoc ē ſanguinē·vt di/
gerat humidū qđ īuenit ī hoīe. Et
niſi hō recipet cibū ꝛ potū·ignis na
turalis totū corp⁹ ꝯſumeret. Ut ptꝫ
qn̄ aq̄ fundit̉ ſuꝑ calidū lapidē· tūc
ignis in lapide ꝯſumit aquam cito·
Ita ſpiritualiter oportet aīam am/
bulare poſt hāc vitā ad lōgā viam·
videlicet cęleſtis glorię: Ideo indi/
get bona refectione anteq̄ꝫ exeat·ꝛ il
la refectio ē verbū dei·ꝛ ſacramētuꝫ
corporis ꝛ ſanguinis chriſti·qꝛ ſicut
corp⁹ viuit cibo naturali·ita aīa ci/
bo ſpirituali. Vn̄ ait dn̄s. Matth.
iiij. Nō in ſolo pane viuit hō·ſ; etiā
a cibo ſpūali·i·ſacramētali. Niſi igi
tur aīa accipiat hūc panē ſanctum:
tūc peccatū facit de die in diē·ſicut
ignis cōſumit oēs vires animę. Et
qn̄ recedit de corpore et non accipit
đ iſto pane·deficit ī via cęleſtis gꝛu
dij: Ideo ait dn̄s in euāgelio hodi/
erno diſcipulis ſuis·ꝛ turb iudęoꝝ.

Aro mea quā reliq̄ vo
bis in memoriale meę
paſſionis·vere eſt cibus·et
ſanguis quē conſecraui in
calice đ vino qui ſignificat
ſanguinē quem fudi ī cruce
vere eſt potus. Qui ergo di
gne mādūcat carnē meaꝫ·et
bibit ſanguinē meum·in me
manet· et ego in illo. Et tūc
ait diſcipulis ī ſpeciali: Si/
cut me miſit pr̄ vinēs in dei/
tate·ita ego viuo ꝓpter prēꝫ
in eadē deitate. Et q̄ mādu/
cat me·viuit ꝓpte me. Hic ē
panis qui de cęlo deſcēdit.
Nō ſicut patres veſtri mā/
ducauerūt māna in deſerto
ꝛ mortui ſūt·qꝛ illud māna
comedebāt ꝓpter tempalē
eſuriē·ideo mortui ſūt. Sꝫ
qui manducat hunc paneꝫ
quē ego vobis reliqui ī me
moria meaꝫ·nō morietur in
aīa ī ęternum·ſed viuet me/
cū ęternaliter. Ergo ad thema:
Hic ē panis qui de cęlo deſcendit.
Unde iſte panis ſacramentalis
q̄ttuor vtilia homini digne ſumēti
ꝑſtat. Ideo ait aplš·j. Coꝛ.xj.ī ho
dierna epiſtola: Probet auteꝫ ſeip
ſum homo vt ſit dignus·ꝛ tūc đ pa
ne illo edat·ꝛ de calice bibat: Pri/
mo a peccato purgat. Scđo grām
donat. Tertio in temptatiōe cōfor/
tat. Quarto vitā ęternam ſubmini
ſtrat. Primo dico φ corp⁹ chriſti
digne ſumentib9 a peccatis animaꝫ
purgat. Vn̄ ait domin⁹. Luc.xxij.
Hoc eſt corpus meum quod ꝓ vo/
bis datur in remiſſioneꝫ omniū pec
catorum·ꝛ homo q̄tidie peccat ſicut
dr̄·j. Joh.ij. Si dixerimus φ pecca
tum non habem⁹·nosipſos ſeduci/
mus·et veritas ī nobis non ē. Ideo
neceſſe eſt quotidie panem ſanctum
ſumere. Nam in primitiua eccleſia
chriſtiani omni die cōmunicabant:
et ſe pręparabant·et tandem ꝑ men
ſem· et tandem ſemel in anno. Ita
quilibet chriſtian⁹ ad minus ſemel
in anno cōmunicare debet. Et ſi nō
faceret multum peccaret· ꝛ tandem
anima egrediens moreretur ęterna/
liter. Qꝛ autem a vitijs purgat·legi/
mus figuram .j. Reg.xiiij.φ iona/
thas pugnauit cōtra inimicos·et ex
labore fuit feſſus·ita φ amiſit viſū·

et aſcendit montem: ⁊ inuenit mel ⁊
comedit· et oculi eius ſūt illumīati:
⁊ iterū ȝ pugnauit et vicit inimicos.
Ita ſpiritualiter homo quotidie pu
gnat contra vitia· videlicet diabo-
lum trahentē ad ſupbiam· mūdum
ad auariciā allicientem · ꝓpriam car
nem peccato luxurię inficientem· de
quo anima hominis obſcuratur in
oculis cognitionis. Debet igitur ta
lis aſcēdere mōteȝ ſanctę vitę ī quo
eſt beneplacitum deo habitare ī eo·
et ibi inueniet dulcedinem mellis· qđ
apis· id eſt· ſpiritusſanctus de cęlo
poſuit ſuper lapidem altaris ī bene/
dictione ſacramēti. Et ſic aīa illumi
nat᷑. Et ꝑcaueat ſe ab oībꝫ peccatis
futuris· ⁊ doleat de peccatꝭ ꝑteritꝭ· ⁊
ſit caut⁹ đ peccatꝭ ꝑſētib⁹. Et ideo ſa
cerdos ī altari fac̄ inde mētionē p⁹
pr̄ noſter· dicēs: Libera nos q̄ſum⁹
dn̄e per hoc ſacramentum a peccatꝭ
pręteritis· pręſentibus ⁊ futuris. Et
ſic patet p̄mum ſacramentuȝ chriſti
digne ſumētib⁹ qđ purgat a peccatꝭ
Scđo corp⁹ chriſti digne ſumēti
gr̄am donat et augmentat. Unde
Sap̄. xvj. Pręſtitiſti eis panē đ cę
lo habentē omne delectamentū ⁊ ſa
porē. Huius legim⁹ figuram Exo.
xvj. ꝙ filij iſrl' đ mane exierūt· ⁊ col
ligebāt māna· ⁊ illud manna cecidit
cum roŕe: et qui colligebat cum aua
ricia volēs multa apprehendere eo
minus habebat· et illud māna ſuua/
bat᷑ in arca teſtamneti ni memoriā
poſteris · vt filij eoꝝ ſcirēt mirabilia
q̄ oſtendit de⁹ patribꝫ eoꝝ ī deſerto
Ita ſpiritualiter· exiſtens in peccatꝭ
mortalibꝫ· eſt quaſi ī tenebris noctis
qui debet đ mane exire· id ē· ſurgere
cito· et colligere manna per gratiam
ſancti ſpiritus: quod pręſtat omnem
ſaporem deuotis· ſed auaris non ſa
pit ⁊ incredulis · ſicut filijs iſrael ali/
quibus q̄ dixerūt: Utinaȝ eſſemus
ī ęgypto· vbi ſedebamus ſup ollas
carniū· id ē· carnalia magis ſapiunt
eis q̄ȝ ſpiritualia. Et ſic̄ filij iſrl' ha-
bebant māna in arca fęderis in me/
moriā mirabilium dei. Ita etiaȝ ſa
cerdos debet habere manna· ſcȝ ſa-
cramentū in altari: vel iuxta altare
Nam ante arcā vbi erat māna fuit
ꝓpitiatoriū· i· locus miſericordię· vt
qn̄ fuerunt tribulati: ibant ante ar-
cam vbi erat māna· ⁊ ibi orabāt· di
centes: Recordare domine quomo-
do eduxiſti patres noſtros· ⁊ quō ci
baſti eos manna in deſerto quadra
ginta annis: ⁊ fac gratiam et miſeri/
cordiam ꝑ māna fidelium quod ſa-
dos benedicet in altari. Sed multi
ſunt heretici qui ꝯtra fidem dicunt
qđ bene credūt ꝙ chriſtus filius dei
benedixit· ſed ꝙ ſacerdos homo pec
cabilis benedicere non pōt. Ad qđ
reſpondet fides catholica· ꝙ verbū
ſacerdotis non eſt ſacerdotis· ſed ē
ipſius chriſti· ſicut verba nūcij ſunt
domini qui mittit eum. Si enim ad
verba moyſi virga quam tenuit in
manu in ictu oculi: verſa ē in carnē·
et omnis aq̄ in ſanguinem· ⁊ omnis
puluis terrę in muſcas ex poteſtate
mittentis· et non facientis. Sic poſ
ſibibile eſt credenti ꝙ ad verbuȝ ſa
cerdotis: quaſi nuncij poſſūt hec fi/
eri. Item ſi ad verbū Joſue ſol iuit
retrorſum in cęlo tanq̄ȝ nuncij dei,
vt ptȝ Joſue. x. Ergo credēti ꝑſtat
gratiā· ⁊ non credēti irā dei· vt ptȝ

de Pharaōe q̄ noluit credere. ideo
ira dei deſcēdit ſuper eū. et ſic patet
ꝙ panis chriſti dat grām. Tertio
dico ꝙ iſte panis ſacramentalis in
temptatiōe ꝯfortat. Vñ legimus fi-
guram. iij. Reg. xix. ꝙ ꝓpħa helias
dormiuit ſub iunipero et petiuit vt
moreret᷑ ⁊ dormiuit. Et venit ange-
lus dñi et portās ſibi panē ſubcine-
riciū et vas aquę. Qui ſurgēs come-
dit et bibit. ⁊ ambulauit ī fortitudīe
cibi illi⁹ vſq; ad montē dei oreb. et
ibi loquebat᷑ cū deo. ſicut homo cū
hoīe. Ita ſpūaliter. dū hō tēptatur
diuerſimode a nūcijs diaboli. ſuſci-
tat᷑ ab angelo vt fugiat a peccatis ꝑ
pęnitētiā q̄ figuratur ꝑ iuniperū. q̄ꝛ
iuniperus ē acut⁹. Ita pęnitētia eſt
ſatis dura. ⁊ poſtq̄ȝ in pęnitētia du-
ra requieuit aīa: ſurgat ⁊ comedat
de cęleſti pane. ⁊ aīa cōfortat᷑: ita ꝙ
tp̄e mortis ambulabit ī fortitudine
cibi illius ſacramēti vſq; ad mon-
tē dei vbi deū clare videbit. Con-
tra hūc autē articulū dicūt etiā infi-
deles. Quomodo pōt eſſe ſacramē-
tum in tot locis omni die cōſecran-
dū? Reſpondent doctores ⁊ fideles
ꝙ ſacramentum conſecratur verbis
chriſti. Et ſicut verbū ꝙ cum loquitur
diuiditur ī mille aures. tamen in ſe
eſt indiuiſibile. ita verba ſacramēti.
Itē dicūt. quomodo poteſt tā ma-
gnum corpus chriſti ſicut pendebat
in cruce ꝯtineri ſub tali ꝑua hoſtia?
Reſpondēt doctores et fides eccle-
ſię: ꝙ ita magnū eſt corpus chriſti
ſub hoſtia: ſicut pendebat ī cruce: ⁊
natū de virgine. Et ponit exemplū.
Sicut homo videt magnā turrim
in paruo ſpeculo. ſi illud ē deo poſſi-
bile ī creaturis: quanto magis aī ſub-
tilitate ī diuinis. Itē dicunt infide-
les. Chriſtiani omni die accipiunt
corpus chriſti. ergo minuit᷑. et deum
comedūt. Reſpondet fides. ꝙ caro
chriſti ē ſub hoſtia. ⁊ ſub anima. ſub
corpore. q̄uis corp⁹ comedit᷑. tamen
anima non lęditur. Et ſic ptȝ ꝙ cor-
pus cum integra fide ſumptum ꝯfor-
tat aīam in omni bono oꝑe ⁊ ī fide.
⁊ deducet animā poſt hanc vitam
ad montem dei ęternitatis. Quar-
to corpus chriſti digne ſumptum.
ꝯſtat ſumenti vitam ęternam ⁊ vitā
gratię. Unde ait dominus: Ego ſū
panis viuus q̄ d̄ cęlo deſcendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane vi-
uet in ęternū. Nam legimus figu-
ram Geñ. ij. ꝙ deus plantauit pa-
radiſum. ⁊ plantauit in medio para-
diſi pulcerrimā arborem producēs
optimum fructum. Unde quando
homo comediſſet d̄ illo fructu debe-
ret viuere in ęternum: Ideo poſuit
dominus angelum ad cuſtodiendū
hominē ne comederet de ligno vitę
vt non viueret in ęternū poſt pecca-
tum. Sed ſi comediſſet ante pecca-
tū ī ſtatu innocētię vixiſſet ī eternū.
Ita ſpūaliter cū q̊ deus tantā digni-
tatē ꝯſtituit hūano generi ⁊ illā ami-
ſimus: voluit igit᷑ ꝓpriū filium plā-
tare in medio ſecundi paradiſi q̄ eſt
eccleſia tāq̄ȝ arborem vitę fruct⁹ affe-
rens. Fructus igitur ſecūdi arboris
chriſti ſecundi ꝑadiſi eccleſię eſt cor-
pus chriſti: qđ ante peccatū hō debe-
bat comedere. ſ; poſt peccatum ꝓhi-
bitus eſt. Ita homo exiſtens in ſta-
tu innocētię ⁊ iuſticię debet corpus
ieſu chriſti accipere. ſ; poſt peccatū

non debet accipere·niſi prius penitentiam agat. Ideo et ſicut cibꝰ arboris vertitur ī corpus hominis·ita cibus chriſti. Unde Augꝰ in ſoliloquio: O domine cum accepero corpus tuuꝫ in ſacramento ·tu non mutaberis ī me·ſed ego mutabor in te: hic per gratiam et charitatem ·et in futuro per gloriam · quia tu es charitas·et qui accipit te in charitate· ī te manet·et tu in eo. Et ſic patet ꝙ chriſti corpus digne ſumenti vitam eternaꝫ preſtat. Ergo hic eſt panis qui de celo deſcendit: Si q̄s digne manducauerit· viuet in eternū. Ad nobis concedat qui ſine fine viuit ⁊ regnat.

Dominica prima poſt trinitatis Sermo .xlij.

HOmo quidam erat diues ⁊ induebatur purpura ⁊c. Luc. xvj Sepe illud dominus qđ docuit verbo·poſtmodum confirmauit exemplo. Superius quidem hoīes ab impetu diuitiarū retraxerat·et ad faciendum elemoſynam inducebat. Phariſei ſūt qui erant auari eum deridebāt· ideo hoc exēplū cōtra eos adduxit· Ubi verificatum eſt illud qđ dixit dominus Matth. vij. ꝙ lata ē via ⁊ ſpacioſa q̄ ducit ad ꝑditionem·et arta q̄ ducit ad vitā. Diues q̄dem iuit ꝑ latā vitā·⁊ ideo ꝑditionē icurrit. Laçarꝰ enī ꝑ artam viam iuit·⁊ ideo īuenit vitā. Scđꝫ Aug. ſtatꝰ hoīs tripliciter cōſideratꝰ·ſcꝫ ī vita·ī morte·⁊ poſt mortem. Quātū ad iſtū ſtatum deſcribitur hic diues et paup. Primꝰ q̄ oſtenditur ſtatus hoīs diuitis ī vita q̄ fuit valde glorioſus·q2 fuit ī magnis diuitijs·delitijs ⁊ honoribꝫ. Primo q̄ fuit ī magnis diuitijs. Eſſe aūt diuitē nō ē culpabile. Deus aūt diuites ⁊ potētes nō abijcit cum ipſe ſit potens. Job. xxxvj. Et iuſti ⁊ ſancti diuites fuerūt q̄ deo placuerūt·ſic Abraā et ceteri patriarche. Sꝫ notādū eſt ꝙ circa diuitias culpa q̄ttuor modis fieri pōt·aut auare tenēdo· aut indebite exponendo·aut nimis diligendo·aut iniuſte adquirēdo. Et q̄tum ad iſtos q̄ttuor modos diuites reꝑhenſibiles inuenimꝰ·vt patꝫ in euangelio. Et ſaltem in tribꝫ primis iſte reprehenſibilis eē videtur. Primꝰ diues q̄ auare retinebat: ē ille qui dixit. Luc. xij. Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos: requieſce·comede·bibe·epulare ⁊c. Talis erat iſte diues q̄ auare retinebat diuitias·et nihil alijs cōmunicare volebat Legitꝰ ꝙ cū alexander per quandā ſiluam ꝑgeret·⁊ ipſe cum ſuo exercitu fere ſiti deficeret·quidaꝫ pro magno precio ciphum aque ſibi dedit: quem ipſe protinus effundi mādauit. Noluit enim ſolus bibere·poſtq̄ illud ſuis militibus nō poterat communicare. Ecā. xj. Inueni requiem mihi ⁊ nūc manducabo de bonis meis ſolus. Secundus diues fuit qui vane expendebat·ſicut filius ille prodigus·qui acceptam ſubſtantiam in vanitatibus cōſumpſit·vt habetur Luc. xv. Talis etiaꝫ fuit iſte diues

qui expēdebat in veſtibꝫ curioſis · ꝛ
epulis delicioſis ſeu delicatꝫ. Et tñ
ſicut dicit Johēs Chryſoſtomꝰ · de-
us diſpenſatores diuitiarū ſuarum
voluit nos eſſe. Per hͦ enī manife-
ſte ptꝫ ꝙ diuitie non ſūt ꝓprie nr̄e ·
ſꝫ accōmodate nob · et ideo nos non
debemus eas expendere ad noſtraꝫ
volūtatē · ſꝫ ad fraternā neceſſitateꝫ
Qꝛ nō ſunt ꝓprie noſtre · ptꝫ ī morte.
Si enim canis duos hoīes ſequit
cuiꝰ ſit ignorat · ſed cum abinuicem
ſepant · canis dominū ſuū imitatur
Sic due pſone ſunt homo · ſcilicet ꝛ
mūdus · cuius diuitie ſunt · hoīs aut
mundi ignorat. Sed in morte diui
tie remanent in mundo. Tertiꝰ di
ues fuit q̄ nimis diuitias diligebat
vt ille cui dominus dixit · vt habet
Luc. xviij. Oīa que habes vade et
vende · ꝛ da pauperibus ꝛc. Et ſeqt
His auditis ꝯtriſtatus eſt · quia di
ues erat valde. Talis ille diues fuit
qui diuitias nimis diligebat. Con-
tra tales habet. j. Thimo. vj. Qui
volūt diuites fieri · incidūt ī tempta
tiones: ꝛ in laqueū diaboli · ꝛ deſide
ria multa ꝛ inutilia et nociua q̄ mer
gunt hoīem ī interitū. Et nos potiꝰ
mergere debemus eas ſicut refert Hie
nymꝰ de ſocrate phō q̄ collecto ma
gno auri pondere ꝓiecit in mare · di
cens. Abite peſſum · id ē · in ꝓfunduꝫ
male cupiditates · ego vos mergam
ne ipſe mergar a vobis. Quartꝰ
diues fuit q̄ iniuſte adq̄rebat. Iſte
fuit villicus iniq̄tatis · qui de bonis
dn̄i ſui ditatꝰ fuit. Luc. xvi. Cōtra
tales dicit Augꝰ. Res quas cupis
muſcipula eſt · duꝫ cupis caperis · te
nes alienū teneris a diabolo. Oſee.
vij. Factꝰ eſt effraim colūba ſeducta
nō habēs cor. Bn̄ ſeducta dī · qꝛ cū
auarus granū aliene ſubſtātie vult
cape · a laqueo diaboli capit. Et bn̄
nō habēs cor · ſcꝫ in corpe · ſed ī arca
Scd̄o iſte diues fuit ī magnis ho
noribus · quia induebatur purpura
ad oſtentationē · et byſſo ad delecta
tionem. Non debet tñ homo d̄ ve-
ſtibus gloriari reſpiciendo ad pctm̄
ſuū. Peccatū enī fuit cauſa veſtiū ·
quia hō ante pctm̄ nudus erat · nec
veſte induebat · qꝛ indutꝰ erat veſte
innocētie. Unde videmꝰ ꝙ ſol non
indiget veſtimēto · qꝛ indutꝰ eſt ſuo
ſplēdore. Ps̄. Amictꝰ lumine ſicut
veſtimēto. Nec liliū · qꝛ indutus eſt
ſuo candore. Mat. vj. Cōſiderate
lilia agri quō creſcūt · non laborant
neqꝫ nent. Dico aūt vobis: qm̄ nec
ſalomon in omni glīa ſua coopertus
eſt ſicut vnū ex iſtis. Nec ager · q̄ in-
dutꝰ ē ſuo virore. Luc. xij. Si autē
fenū qd̓ hodie ē ꝛ cras ī clibanū mit
tit deus ſic veſtit · quanto magꝭ vos
minime fidei Nolite ergo ſolliciti eē
dicentes ꝛc. Homo ergo ante pctm̄
non indigebat veſtimēto · quia ſup-
ponendo ꝙ creatus fuit in grā · ipſe
ad inſtar ſolis īdutus erat luce grē ·
ad inſtar lilij candore innocentie ·
ad inſtar agri virore virtutū. Sed
pdita īnocentia · aduenit verecūdia
Tūc deus hoī veſtes pelliceas fecit
Homo p peccatum fuit vulneratus ·
excecatus · atqꝫ ī furto deprehēſus.
Et ideo tanq̄ vulnerato ligamē ad-
hibuit · tanq̄ excecato velamē appo
ſuit · ac tanq̄ furi cauterium impreſ-
ſit. Tale eſt ergo de pulcritudine ve
ſtium gloriari · quale eſſet ſi aliquis

vulneratus gloriaretur de eo q̄ haberet velamen ſericū ſuper vulnus: vel fur d̄ eo q̄ haberet pulcrum cauterium· vel excecatus de eo q̄ haberet velamen deauratū. Bern̄. Qui gloriatur d̄ veſte· ſimilis eſt furi qui gloriatur de cauterio. Sc̄do non debet homo gloriari de veſtibus reſpiciendo ad ſubſtantiam ſuā. Hō quidem eſt tanq̄ȝ pomum: in q̊ ſunt tria· ſcilicȝ cortex exterior· media ſb̄ſtantia· et granum interius. Per corticem exteriorem intelligitur habit⁹ exterior. Sicut enī cortex pomi eſt alba aut rubea. Sic hō in diuerſis colorib⁹ veſtium delectat̄. Per ſubſtantiaȝ pomi intelligitur corp⁹ Per granū interius ītelligitur anima· dum vulgariter ipſum granum anima pomi appellatur. Stult⁹ autē eſſet ille homo qui totum pomuȝ alteri daret: ⁊ ſibi ſolum corticem retineret. Tales ſunt vanegloriosi qui dant diabolo corpus· et ſibi ſolū retinent veſtimētum glorię vanę. Sȝ aliquādo accidit q̄ excoriās pomū: corticeȝ ꝓijcit· ſubſtantiā comedit: granum ſpargit. Sed quando hō ſuperbus moritur· veſtib⁹ denudat̄· caro a vermib⁹ comeditur· ⁊ anima p diuerſas pęnas ſpargit̄. Tertio non debet homo gloriari in veſtib⁹ reſpiciendo ad ſuuȝ finem. Qui enī induebatur veſtimēto purpureo· cito induebatur ſacco viliſſimo. Job xvj. Saccum conſui ſup cutē meā· Qui induebatur molli byſſo· cito īduebat̄ aſpero cilicio. Pſ. Poſui veſtimentum meum cilicium. Qui caputio tunicarum ſuarum ornabatur· ⁊ fixit margaritbas· cito decorabatur vermibus infinitis. Job. xxx. Qui me comedunt· ſcȝ vermes· non dormiūt. A multitudine coꝝ ꝯſumitur veſtimentū meum· id eſt· corpus meum. Tertio iſte diues fuit ī magnis delicijs· q̄d notat̄ cuȝ dicitur: Epulabat̄ quotidie ſplendide. Ei⁹ enī conuiuia fuerūt lauta. Ideo dicitur: Epulabatur. Epulę enī ſunt ab epulētia dictę· i· talia ꝯuiuia ducūt ad inopiam. Prouer. xxj Qui diligit epulas· in egeſtate erit. Fuerūt ꝯtinua· ideo dī quotidie· ⁊ talia ꝑdere faciūt ſ̄btantiā. Prou̇. xviij. Noli eē in ꝯuiuijs potatoꝝ ⁊c̄. Fuerunt nimis delicata· ideo dī ſplendide· ⁊ talia generāt luxuriā. Greg⁹ Celebrare conuiuia· ſine culpa vix poſſūt. Pęnę culpas ſemꝑ comitatur voluptas. Nā cū corpus in refectione delectatiōis reſoluit̄· cor ad inane gaudiū relaxat̄. Status aūt paupis fuit ſtatui diuitis oīno ꝯ̄rius. Ille enī fuit in diuitiaruȝ vbertate· iſte in extrema paupertate. Ille purpura ⁊ byſſo amict⁹· iſte vlcerib⁹ circūdatus. Ille abūdauit delicijs: iſte indigebat micis. Ex his patiebat̄ grauē tēptationeȝ cordis. Iſta enī tria patiebat̄ iſte paupꝑ· ſcȝ extremam pauptatē· vlceroſam infirmitatē· ⁊ grauē tēptationem· ⁊ tn̄ q̄dlibet iſtorum ſibi ſufficiebat ad pęnā· aut paupta ſine infirmitate· aut īfirmitas ſine paupertate· aut grauis temptatio ſine vtroqȝ. Iſta autem tria tangit Greg⁹. dicens: Quānt⁹ putamus fratres chariſſimi tunc in corde paupis tumult⁹ temptatiōis fuit? Certe ad pęnā poterat ſufficere paupertas vel egritudo. Sed vt

probaretur amplius ſimul habuit et paupertate et egritudine tabeſcere. Itē quātas hunc egenū ⁊ vlceribus obſeſſum tēptationes credimus ī ſua cogitatione toleraſſe. cū ipſe egeret pane. ⁊ non haberet nec ſanitatem. atq̃ ante ſe diuitē cerneret ſalutē ⁊ diuitias habere tam voluptuoſe. Laçarus enī erat aurū dei. margaritha dei. ⁊ ſtella dei. Ut aūt ſibi ꝓbaretur. poſitū ē illud aurū ī camino paupꝑtatis. et nō potuit corrūpi. poſita ē illa margaritha ī ſterquilinio infirmitatis. ⁊ non potuit infici. poſita ē illa ſtella in nebula tēptationis ⁊ nō potuit obſcurari. Sz mō abſtractū eſt illud aurū de camino. ⁊ poſitū eſt in theſauro celeſti. leuata ē illa margaritha de ſterqlinio. et ordinata eſt in regis ornamento. purgata eſt illa ſtella ab omni nebula. et data eſt nobis in exēplū. Poſito vtriuſq̃ ſtatu an̄ mortē. ponit̄ vtriuſq̃ ſtatus poſt mortē. Uterq̃ q̇dem mortuus eſt ⁊ raptus. ſed differenter. Diues quidem mortuus ē triplici morte. ſcilȝ morte culpe. dū eſſet in mundo qua ſeꝑatur anima a deo. Morte nature qua ſeparat̄ anima de corꝑe ꝓprio. Et morte gehenne qua ſeꝑatur a viſione dei et ꝯſortio bonorū. Laçarus mortuus ē vnica morte. ſcȝ morte nature. Fuit autē viuus in mūdo ꝑ grāz. modo viuit corā deo ꝑ gl̄iam. Uterq̃ enī fuit de hoc mūdo raptus. ſȝ differēter. Nā laçarus ē ſinui Abrae deportatus. Iſta autē deportatio ab angelis facta ē in tutamētū cuſtodie. Pſ. Angelis ſuis mandauit de te ꝛc. In ſignū reuerentie. ſicut ep̄i in manibus portantur. qn̄ ītronizātur. Pſ. In manibus portabūt te ꝛc. Et in ſignū leticie. Chryſoſtomus. Sufficiebat ad pauperē portandū vnus angelus. ſȝ ꝓpterea plures veniūt vt chorus leti faciant. Diues velut parrochianus diaboli ad tumulū īfernale deductus ē. ⁊ ibi ſepultus. De q̄ ſepult̄a dr̄ Hiere. xxij. Sepult̄a aſini ſepeliet̄. Sepult̄a enī aſini talis ē. q꞉ excoriat̄. et pellis a dn̄o ſuo poſſidet̄. carnes a cāibꝫ lacerāt̄. ⁊ oſſa pluuijs ⁊ ḡndinibus exponūt̄. Sic etiā qn̄ aliquis diues morit̄ iniquus: parentes eius poſſident terrenā ſubſtantiam. vermes lacerant carnem ſuam. ſupplicia infernalia torquent animā que naturam oſſis habebit: et cōſumi nunq̃ poterit. Ecci. x. Cū moritur homo hereditabit ſerpentes. ſcȝ infernales. q̄ntum ad animā. ⁊ beſtias. id eſt. parentes vaſtantes terrenam ſubſtātiam. Beſtia enim quaſi vaſtis dicit̄. Et vermes corrodentes carnem ꝓpriam. Tertio videndum eſt de ſtatu vtriuſq̃ poſt mortem: qui valde eſt diſſimilis. q꞉ diues eſt in tormētis et pauper in loco quieto. Unde dicitur: Eleuauit diues oculos ſuos cum eſſet in tormentis ꝛc. Dicitur autē tormentū. quaſi torquēs mentem. Torquebatur quidem diues de gloria Laçari quem videbat. de ſua pena quam ſentiebat. ⁊ de impoſſibilitate remedij deſperabat. Pſ. Peccator cū videbit. quo ad p̄mum. Dentibus ſuis fremet ⁊ tabeſcet. quo ad ſcd̄m. Deſiderium peccatorū peribit. quo ad tertium. Pauper autē erat ī loco quieto. ſcȝ in ſinu Abrae. Dicit̄

autem ſinus Abrae locus ſuperior
inferni. habens aliquam lucem. Et
dicitur ſinus ppter quietem et tran-
quillitatem. Sicut ſinum maris di
cimus locum a ventis et tempeſta-
tibus quietum. Abrae autez ſin⁹ di
citur. quia Abraam fuit prima via
credendi. et primus ĩ parte Abraam
predicauit fidem. imo dei.

Dominica ſecunda. Sermo. xliij.

Omo qui-
dam fecit cenam magnaz
&c. Luc. xiiij. Nos videm⁹ quãdo
aliq̃s magnus pnceps voluerit ali-
quod honorabile conuiuiũ pparare:
debet q̃ttuor cõſiderare. Primo
tempus aptum ad ambulanduz. vt
iſti de longinquo ĩuitati poſſint in
vijs ambulare. Nã ſi eſſet aura plu
uialis. vel hyems frigidiſſima tũc ñ
poſſent ambulare inuitati. Secũ-
do debet conſiderare locuz aptum
ad ſedendum honorifice ſine pſſura
inuitatis. non ſolum ad mẽſam. ſed
etiam ad iocum et gaudiũ Tertio
debet de optimis cibis prouiſionez
ordinare et de vino. qr vinum letifi
cat cor hominis. Et ideo in conuiujs
preponitur hominibus vinũ opti-
mum quod poteſt haberi vt letẽtur
ĩuitati. Quarto debet cõſiderare
quod illud cõuiuiũ ſtet per aliquod
longum tẽpus. vt labor et ſeruitium
offerūt ventri. et illi ſunt guloſi. De
quib⁹ ad Phil. iij. Quoꝝum deus
venter eſt. Et ſup his indignabitur
de⁹. ideo nō intrabūt ī regnū celoꝝ
Itē ſcdo ꝯſiderare debes q̄tū offe
ras. Nā ſi multū habes ꝛ diues es:
multū debes offerre paupib⁹. ſic di-
xit tobias ſenioꝛ Tob. iiij Si multū
t̄ fuerit: tūc multū offer fili mi. ꝛ ho-
noꝛa deū d tua ſubſtātia. Et ſi mo-
dicū habes: modicuꝫ offer ī deuoti-
ne coꝛdis. ſicut illa mulier q̄ pauper
erat. ꝛ obtulit deo duo minuta in tē
plo cum deuotione coꝛdis. ꝛ aderāt
dn̄s. dicēs: Hec mulier pl⁹ oīb⁹ fec
Mar. xij. Nā aliq̄ diuites obtulerūt
floꝛenos. ꝛ h fecerunt pompoſe. ꝛ iō
vide q̄tū offeras. Tertio debet
ꝯſiderare vtꝝ ſit iuſte adq̄ſitū. Nā
aliq̄ offerūt viliſſimū denariū deo ſi
cut Cayn. Itē aliq̄ offerunt deo qd
a paupibus receperūt: ꝛ illud nō eſt
deo acceptū. ſ de ꝓpꝛio laboꝛe. Vn̄
legim⁹ figurā. j. Reg. xv. Samuel
dixit ad ſaul regeꝫ: vt īterficeret oēs
peſſimos ſodomitas iux̄ terrā filio-
rū iſrl' habitātes: et nō parceret iumēt
nec hoīb⁹. eo qꝛ offendebant deum.
Sꝫ ſaul pepcit diuitibus. ꝛ iumēta
plura pinguia retinuit. Tunc ait ſa-
muel: Quare pepercisti illis? Reſpō
dit: vt offerē deo. Et hec fuerūt de
rapina. Tūc r̄ndit ſamuel: Plus ē
obedientia q̄ꝫ victima. i. oblatio pe
coꝝ. Ita ſpūaliter. multi ſūt qui ra-
piūt a pauperib⁹ p vſurā ꝛ rapinā. ꝛ
latrociniū. et de ill' offerūt deo: Me
lius eſſet qꝛ obſeruarēt obediētiā. qꝛ
deus ꝓhibuit vſuram ꝛ rapinam. ꝛ
obedirēt deo in pceptis eius. q̄ꝫ ta
lem obedientiam facerent. Et ꝓpte-
rea ſaul fuit eiectus de regno. Ita
iſti q̄ iniuſte offerunt dijs. id eſt. pec
catis. Ergo q̄ ad thema: Niſi abun
dauerit iuſticia veſtra ꝛc.

Dominica ſeptima poſt pentecoſtes. Sermo. xlviij.

I dimiſero
eos ieiunos: deficient ī via
Marci. viij. Sūt enī ī vita p̄ſenti
q̄ttuoꝛ magni defect⁹. Primus
defectus ē vite breuitas. Vn̄ dr ps
clviij. Velut vmbra p̄tereūt. Se-
cūdus defect⁹ eſt tedioſitas. Vn̄
Job. x. Tedet aīam meā vite mee.
Terti⁹ defect⁹ eſt irreuocabilitas.
qꝛ hō non pōt reuocari: vt illud qd
neglexit recuperet. Vn̄ diues Luc.
xvj. O dn̄e mitte laçarū ī domū pa
tris mei. Habeo enī q̄nqꝫ frēs vt te
ſtet' illis ne veniāt ī hūc lo cū toꝛmē-
toꝝ. Ita r̄ndit abraaꝫ. Hoc modo
nō pōt eſſe. qꝛ magna ē diſtātia īter

viuos ꝛ mortuos: vt mortui nõ poſ-
ſunt ire ad viuẽtes. Quartꝰ defe-
ctas ẽ indigẽtia vel neceſſitas. Naʒ
hõ eſt nudus: ideo ĩdiget veſtimẽtꝭ.
hõ eſt ſitibũdus: ideo indiget potu.
homo ẽ famelicus: ideo ĩdiget cibo.
Cõſiderãs illud Job. xiiij. dic. Hõ
natus de muliere breui viuẽs tpe re-
pletꝰ multis miſerijs. Ergo q̊ ad the-
ma: Si dimiſero eos ieiunos defici
ent in via. Et h̊ oſtendit ĩ euãgelio
quod hodie legitur.

Um turba plurima eẽt
cũ Jeſu: nec haberent
qđ mãducarẽt: Cõuocatis
diſcipulis ait illis: Miſere-
or ſup turbã. qꝛ iã triduo ſu-
ſtinẽt me. nec habẽt qđ mã-
ducẽt. Et ſi dimiſero eos ie-
iunos deficiẽt ĩ via. Reſpõ-
derũt ei diſcipuli ſui: Unde
iſtos hic q̃s poterit ſatura-
re panibꝰ ĩ ſolitudie? Et iter
rogauit eos dicens: Quot
panes habetis? Et reſpõde
rũt: ſeptem panes. Et pręce
pit turbę diſcũbere ſup ter-
ram. ꝛ accipiẽs ſeptẽ panes
grãs agẽs: fregit et dedit di-
ſcipulꝭ: vt turbę apponerẽt:
ꝛ appoſuerũt turbę. Et habe
bant piſciculos paucos. et
ipſos bñdixit ꝛ iuſſit appo-
ni. Et mãducabãt: et ſatura-
ti ſunt. et ſuſtulerunt qđ ſu-
perauerat de fragmentis ſe
ptem ſportas. Erãt aũt qui
mãducauerãt q̃ſi quattuor
milia. Et dimiſit eos. Et ſic
ptʒ euãgeliũ. Ergo quo ad thema:
Si dimiſero eos ieiunos deficiẽt in

via. Nota ꝙ q̃ttuor ſũt vię ĩ q̊bꝫ
multi deficiẽt. Prima ẽ via ꝑ mun-
dũ. Scđa ẽ via ad infernũ. Tertia
ẽ via ad purgatoriũ. Quarta ẽ via
ad cęlũ. Prima ẽ via ꝑ mũdũ. ꝛ
illa incipit qñ hõ naſcit: et finit qñ
homo morit. Uñ ps. Errauerunt
in ſolitudine. viã ciuitatis habita-
culi nõ inuenerũt. De hac via quę ẽ
multiplex ꝛ mlti errãt. legimꝰ figurã
Exo. xv. Qñ moyſes duxit filios iſrl
de ęgypto in ſolitudinẽ. ꝛ errauerũt
ꝓpter diuerſa peccata. ita ꝙ pauci q̇
exierũt. ad terraʒ ꝓmiſſionis ꝑuene
runt. Ita moraliter. chriſtus ductor
nr̃ eduxit nos de ęgypto tenebrarũ
peccatoꝝ noſtroꝝ ad viam rectam.
Unde ait ipſe: Ego ſum via. qui ſe
quit me. nõ errat. Joh. xiiij. Sed
duodecim tribꝫ filiorũ iſrl: ſicut ipſi
errauerũt. ita ſũt duodecim genera
hoĩnʒ in eccl̃ia qui errãt in hac via.
Primi ſũt ſapiẽtes huiꝰ mundi.
q̊bꝫ oſtẽdit viam ſapiẽtię. Sed ipſi
errant in via ſapientię. viã ſtulticię
facientes. Unde Sap. v. Errauі-
mus a via veritatis. ꝛ lumẽ ſapiẽtię
nõ luxit nobis. Scđi ſũt iuuenes
q̇ deberẽt ambulare ĩ via obediẽtię
ſed errãdo declinãdo qꝫ veniunt ad
viam inobediẽtię. Unde. j. Joh. ij.
Scribo vobis iuuenes: nolite dili-
gere mundum ne vos ſeducat: quia
omne qđ ẽ in mũdo. ẽ concupiſcẽtia
carnis. ꝯcupiſcẽtia oculoꝝ. ꝛ ſuper-
bia vitę. Tertij ſũt diuites q̊bus
oſtẽdit chriſtꝰ viam miſę. Sʒ ipſi de
clinant ad viam auaricię claudẽtes
viſcera pietatis. ꝛ pauperibꝫ non cõ
patiẽtes. Unde. j. Joh. iij. Qui vi-
derit fratrẽ ſuũ neceſſitatẽ patiẽtem

et clauſerit viſcera ſua ab eo: q̃mo-
do charitas ē in eo? Quarti ſūt ſu
perbi q̃s dñs viam hūilitatꝭ docuit
dicens: Diſcite a me q: mitis ſum ⁊
hūilis corde. Matth .xi. Et ipſi de-
clinant a via humilitatis ad viam
ſuperbię. ideo errant in ſolitudine.
Quinti ſūt paupes q̃s docuit pa
tiētię viā dicēs: In patiētia vr̃a poſ
ſidebitꝭ aīas vr̃as Luc .xxi. Sz ipſi
declinant ad viā ipatiētię blaſphe-
māntes ꝯtra deū dicētes. Et q̃re nō
creaſti me ita diuitē ſicꝰ talez ⁊ talē?
Sexti ſūt iuuencule mulieres q̃s
docuit viam honeſtis ⁊ verecundię.
Sz declinant ad viam impudicitię
loquētes inhoneſte. ornātes ſe mū-
do vt alliciant ad peccata eas inſpi
ciētes. d̃ quibꝫ dr̄ Eſa. iij. Quō am
bulabant filię ſion. nutibus oculoꝝ
ibant. Item ps. Filię eorum compo
ſite ſicut ſimilitudo templi Septi
mi ſūt principes infideles. ſocij fu-
rū. Octaui ſūt mercatores q̃s do-
cuit viam veritatis. Vñ ipſe dicit:
Ego ſū veritas Joh. xiiij. Sed ipſi
declināt ad viā mendacij. Ergo er
rant in ſolitudine. Noni ſūt labo
ratores qui laborāt cū pigricia. q̃s
docuit viā fidelitatis vt fideliter la
borent de vinea ſanctę eccleſię. Sz
ipſi declināt ad viā pigritię. Ideo
dr̄ Prou. vj. O piger vade ad for-
micam: ⁊ diſce ab ea prudētiā. De-
cimi ſunt ſacerdotes ſine ſcientia.
Vnde Malach. ij. Labia ſacer-
dotis cuſtodiunt ſcientiā. q: angelꝰ
domini exercituum eſt. Sed ipſi de
clināt ad viam luxurię ⁊ imundicię.
Vndecimi ſunt coniugati quos
docuit viam cōcordię: ⁊ ipſi viuunt
ſicut equus ⁊ mulus in quibus non
ē intellectꝰ. Duodecimi q̇ errāt
in hac via. deſerti. ſunt religioſi ſine
gratia qui nō habent gratiaz orādi
nec p̄dicandi. Vnde Jaco. p̄. Reli
gio munda hęc eſt. mundū ſe cuſto-
dire ab hꝯ ſęculo. Iſti ſignificātur p
duodecim tribus filiorum iſrael Et
ideo non venerūt ad terrā pmiſſio-
nis. Ita hoīes ſupradicti non perue
niūt ad terraz ęternę vitę quā pmi-
ſit deus rectam viā ſeruantibꝫ. Vñ
Eſa. l. Hęc via dñi ambulate in ea
Ergo quo ad thema: Deficient in
via Scda via ē mala. ⁊ illa ducit
tpe mortꝭ ad infernum. Vñ ī euāge
lio dñs. Lata ē via q̄ ducit ad mor
tē ęternā. Mat. vij. Et illā vadunt
omnes peccatores tpe mortis. De
iſta via legimꝰ figuram. iij. Reg. xij
Quū filij iſrael fuerūt diſcordes. tūc
ieroboam erexit duo idola ad vias
duas q̇ duxerūt hoīes ad templum
hieruſalem. Vnū idoluz iuxta viā
Bethel. et aliud iuxta viam Dan.
Et ſcp̄ſit ita aureis litteris: Hi dij
tui ſunt iſrael qui te eduxerūt de ter
ra ęgypti. hic adora. Et retinuit po
pulū ne irent p viam rectaz in hieru
ſalem. Ita ſpiritualiter. diabolꝰ ere
xit in hoc mūdo duo idola. ſcz ſup-
biā ⁊ auariciā: q̄ hoīes magis colūt
q̄ deūz. Qui igit̃ colunt idola aua
ricię vt dicitur. Auaricia ē idoloruz
ſeruitus. Col. iij. eos tpe mortꝭ ducit
ieroboā. i. diabolꝰ ī regnū ſuū p viā
tenebroſitatꝭ et miſerię. De iſta via
quā ibit miſera aīa dicit. ps. Fiant
vię illoꝝ tenebrę ⁊ lubricū et angelꝰ
dñi q̇ eis fuit miſſus perſequens eos
q̇ ꝯſiliū ſuum audire noluerunt. Et

iſta via multum eſt lata· quia multĩ
inueniunt eam. Et hͤ eſt via que ad
infernũ ducit. Ergo ad thema: Si
dimiſero eos ⁊c. Tertia via ẽ que
ducit ad purgatoriuꝫ vbi aĩa ducit᷑
ꝑ angelũ. ⁊ ibi multas tribulatiões
ſuſtinet: Alique mille annos. Aliq̃
centuꝫ: Alique quĩquaginta: Aliq̃
viginti. Et alique deceꝫ. Aliq̃ tres
horas. Tamẽ illa ẽ ſatis mũda via
et ſic erit mũda· ⁊ aĩa ſemꝑ ẽ in gra
tia et ſpe ſaluationis. De iſta dicit᷑
Treñ. iij. Cõcluſit ĩiqu᷒ .i. diabol᷒
vias meas tꝑe mortis lapidibꝫ qua
drat̃ .i. peccata obijciẽdo. Sꝫ iſtas
vias ad quas ducit᷑ anima ad pur-
gatoriũ poteſt homo ĩ hac vita per
elemoſynaꝝ largitionẽ facere tutas
et planas. Nam iuxta illã ſedet dia
bolus q̃ſi latro ſperans capere aĩaꝫ:
Sed ſi hͦ homo dat elemoſynã pau-
peribꝫ· ducit᷑ caute ꝑ angelũ ad pur
gatoriũ· et de purgatorio ad celeſtẽ
patriã. Huius legimus figuraꝫ .iij.
Reg. iiij. Qñ rex ſalomõ regnauit
in hierl'm ⁊ ĩ omni regno iſrl' ordina
uit aliq̊s hoĩes vt acciperẽt a trãſe-
untibꝫ paſſagiũ· et d̾ illa pecunia or
dinauit vt oẽs trãſeũtes tributum
dãtes eſſe ſecuri poſſint a latronibꝫ
et raptoribꝫ. Ita ſpũaliter· chriſtus
dñs nr̃ ſapiẽtiſſim᷒ ⁊ pacific᷒ rex or-
dinauit paupes ĩ hͦ mũdo vt accipe
rent elemoſynas tãq̃ paſſagiũ a di
uitibꝫ· ⁊ q̇cq̇d ipſis dat᷑ ipſi regi chri
ſto ꝑ̃ſentãt. Et tũc aĩa poſt morteꝫ
vadit ſecure viã purgatorij· ⁊ ducit᷑
ꝑ angelos q̊s de᷒ ad hͦ ordinauit ad
viam eterne vite ad patriã celeſtis
glorie. Ergo quo ad themã: Si di
miſero eos ieiunos· deficient in via

Quarta via ẽ ad portũ ſalutis et
ad patriã ſine omĩ purgatorio. Et
iſta ẽ mltũ ſtricta ⁊ arta· ⁊ illã pauci
ĩuenient: ſicut dñs dicit in euangelio
Mat. vij. Arta ẽ via q̃ ducit ad vi
tam· ⁊ pauci ĩuenient eã. Et illã opor
tet nos cuꝫ palma victorie obtinere
ſicut patres ſãcti illã ante nos obti-
nebant. De iſta via dr̃ Sap. x. Iu
ſtum deduxit dñs per vias rectas· ⁊
oſtẽdit illi regnũ dei. De iſta via le
gim᷒ figurã Nũeri. xxi. Qñ filij iſrl'
ambulabãt ꝑ mare rubꝝ· ⁊ venerũt
ad terraꝫ ſeon· ⁊ rogauerũt vt ꝑmit
teret eos ambulare ꝑ regnuꝫ ꝑ vias
regias et pacificas· ⁊ ĩ nullo vellẽt ei
aliq̇d moleſte inferre· ⁊ noluit eis aſ
ſentire. Tũc dixerũt: oportet nos ire
nõ ẽ alia via niſi iſta ꝑ regnũ tuũ et
violẽter ĩtrabãt. Et rex ſeon voluit
eis reſiſtere ne ambularẽt· ſ; ipſi for-
titer dimicabant ꝯ regẽ; ⁊ oẽꝫ ꝑplm
ſuũ fugauerũt· ⁊ ad terrã ꝓmiſſiõis
ꝑuenerũt. Ita ſpũaliter· poſt hanc
vitã nõ ẽ alia via niſi ꝑ terrã ſeon·
id ẽ· diaboli· q2 tenebroſas vias va
dit aĩa. Sꝫ qñ egreditur aĩa iuſti d̾
corꝑe· põt dicere ad regẽ ſeon· i· di-
abolũ· q2 ipſe ẽ ꝑ̃ſens cũ egreditur d̾
corꝑe: permitte me ire pacifice ad re-
gnũ eterne glie· q2 diu dubitat aĩa
⁊ ſtat ĩ porta mortꝭ. Sicut ptꝫ d̾ ſã-
cto hilario q̇ dixit ad aĩaꝫ ꝓpriam:
O aĩa mea: q̃re times exire? Nõne
ſeruiuiſti deo tres ãnos in deſerto ĩ
aq̃ ⁊ pane? O ſi aĩa illi᷒ ſancti dubi
tabat· q̇d faciet aĩa pctõris moriẽtꝭ ĩ
mille peccatꝭ mortalibꝫ? Debet igit᷑
aĩa viri iuſti viriliter pugnare auxi-
lio angeloꝝ· ⁊ ire ꝑ terraꝫ ſeon· id ẽ·
diaboli. Et tũc fugit cum nõ habet

ptem in ea. et ſic ſecure vadit ad ter
rā pmiſſiōis Ergo q̄ ad thema: Si
dimiſero eos ieiunos deficiēt ī via.

Dominica octaua.
Sermo.xlix.

Arbor bona
fruct⁹ bonos facit. Mat.
vij. Nos videm⁹ q̄ arbores do
meſtice modicū fructificāt inter ſpi
nas. Ratio eſt. q: ſpine naturaliter
ſūt ſicce: et glomerāt terrā cū radici
bus. ⁊ trahunt ad ſe humorē Ideo
hō habēs bonā arborē ī horto ſuo.
nō pmittit ſpinas creſcere iux eā. ſ
eradicat eas. Ita ſpūalit. hō deuo
tus velut arbor bona volens fructifi
care ī bonis opib⁹ ⁊ mīe. nō pmittit
creſcere pctā: nec ī corde. nec in ore.
nec ī ope. ſ eradicat pfeſſionē. ptri
tionē. ⁊ ſatiſfactiōes. Vn̄ hō ē ſicut
arbor peruerſa. Sic arbor naturalis
hz radicē plātatā ī trā ⁊ ramos ī ce
lū. Ita hō hz radicē q̄ ē caput hoīs
verſus celū. ⁊ ramos q̄ ſūt brachia ⁊
pedes verſus terrā. in ſignū q̄ ī mū
do dz hīe fructū ī opib⁹ mīe: et nō ī
celo. Nā ī celo nō indiget veſtimēt
Ibi enī oēs domeſtici dei veſtiti ſūt
duplicib⁹. ⁊ ſtola charitat. Ibi nō
odit hoſpes pegrinū. q: ſunt oēs ci
ues ⁊ domeſtici dei. Ibi nemo dicit
Ciba eſurietē. q: ibi oēs ſedent ad
menſā pris. Ibi nemo dicit: pota ſi
tiētē. q: ibi bibūt oēs d vino deitat
qd letificat cor hoīs. Ibi nemo dic
Sepeli mortuū. q: oēs ſūt ibi viuē
tes. ⁊ nūq̄ moriētes. Ibi nemo dic:
Solue captiuū. ibi oēs ſunt liberi.

Sz hō dz bō facere ī tra cū pedib⁹ ⁊
brachijs que ſūt rami plāte arboris
bone ī tra hui⁹ mundi velut ī horto.
vt h fructū faciat ⁊ nō ī celo. Sz ibi
fruat fructib⁹ q̄s pducebat ī tra Er
go ad thema: Arbor bona fruct⁹ bo
nos fac. ⁊ d h dī ī euāgelio hodierno
Dixit Jeſus diſcipulis
ſuis: Attēdite a falſis
pphetis q̄ veniūt ad vos ī
veſtimētis ouiū: ītrinſecus
aūt ſunt lupi rapaces. a fru
ctib⁹ eorū cognoſcetis eos.
Vn̄ dicā vobis parabolā
Nūqd hoīes colligūt d ſpi
nis vuas. aut de tribul fic⁹:
Certe nō. Sic oīs arbor bo
na: fruct⁹ bonos facit. oīs
arbor mala malos fruct⁹ fa
cit. Nō pōt arbor bona na
turaliter malos fruct⁹ face
re Sic etiā arbor mala non
pōt naturaliter bonos fru
ctus facere. Oīs arbor que
nō facit fructum bonū exci
det. i. homo. ⁊ ī ignē mittet.
Igit ex fructib⁹ eorz cogno
ſcetis eos. Non oīs q̄ dicit
mihi dn̄e dn̄e. i. q̄ ſolum cre
dit in dcū. ⁊ nō pficit in ope
intrabit ī regnū celorū. ſed
q̄ facit volūtatē patris mei
q̄ in celis ē. ipſe ītrabit in re
gnū celorū. Et ſic ptz euāgeliū
Vnde ſciēdū q̄ oīs arbor bona
q̄tuor bona dz hīe. Primo folia.
Scd̄o dz hīe ramos. Tertio debet
hīe flores. Quarto dz hīe fructus.
Ita q̄libet hō Primo dico q̄ oīs
arbor dz habere folia. Folia ſigni
ficant bonā volūtatē. Nā quando

arboꝛ emittit folia ītēdit facē fruct⁹
Jta bona volūtas ī hoīe ꝓcedit fru
ctū. ꝟ multi ſūt hoīes q̇ bn̄ habēt bo
nas cogitatiōes ⁊ nō faciūt opera.
Jſti aſſimilāt̄ arbori quā vidit dn̄s
⁊ q̄ſiuit fructū ⁊ nō īuenit: ⁊ maledi
xit ei. ⁊ ſtatim aruit. Jta multi hoīes
cogitāt: Tu vis emēdare ſtatū tuū.
tu enī es ī peccatꝫ mortalibꝫ. ꝟ nō fa
ciūt fructū ꝙ ſe emēdēt ⁊ ꝯuertant̄.
Et ꝟ facit ſuggeſtio diabolica fun-
dens venenū iux̄ radicē. dicēs: Nō
adhuc: ꝟ qn̄ ſenueris tūc emēdes te.
Huiꝰ legimꝰ ſpecialē doctrinā. ⁊ pli
nius mgr̄ ī naturꝫ dicit: ꝙ in india ē
arboꝛ multū pulcra habens lata fo-
lia. ⁊ optimꝰ fructꝰ creſcit ī ea. ꝟ iter-
dū venit ſerpēs venenoſus ⁊ fundit
iux̄ radicē venenū intoxicās arboꝛē
et ſtatim īcipiunt folia cadere. Qd
vidēs hortolanus ſtatim ꝑfoꝛat ar-
boꝛē ī ſūmitate. ⁊ infūdit illi thyria-
cū. ⁊ ſtatim folia reuiuiſcūt ⁊ germi-
nant ⁊c. Jta ſpūalit̄ hō qn̄ cogitat
ꝙ velit ſe emēdare ī ſuo ſtatu ⁊ ꝯfi-
teri. ⁊ nunq̄ꝫ ampliꝰ peccare. et deo
ſuire. ⁊ ſic ponit vt arboꝛ folia. Sꝫ
ꝟ vidēs diabolꝰ ſerpēs venenoſus.
q̇ decēpit adā ⁊ euā ī ſpē̄ ſerpentꝫ in-
fūdit venenū male cogitatiōis ⁊ diſ-
fidētię ꝙ adhuc diu expectet. Cer-
te tūc iſte hō dꝫ facē ſic hoꝛtolanꝰ ī
india. dꝫ ꝑfoꝛare coꝛ eiꝰ cum libello
paſſiōis chꝛiſti. q̇ fecit coꝛpꝰ ſuū ꝑfo
rari ꝓpter euꝫ. ⁊ dꝫ cogitare ꝙ talis
paſſio ī eo nō ꝑdat̄. Et tunc chꝛiſtꝰ
infūdit thyriacuꝫ. i. grāꝫ diuinā ad
īſpiratione bonā. Et ſic reſumit ſua
folia. ⁊ expellit venenā peccati ꝑ cō-
feſſionē. ꝯtritionē ⁊ ſatiſfactiōeꝫ Et
ſic nō maledicet̄ ī die moꝛtꝫ ⁊ iudicij

vt arboꝛ illa iux̄ viam nō habēs niſi
folia. Et ſic ꝑꝫ ꝑmū. Scdo dico
ꝙ arboꝛ bona dꝫ hr̄e ramos exten-
ſos. Unde ſapiēs de iuſto homine
Eccꝗ. xxiiij. Rami mei rami honoꝛis
⁊ honeſtatꝫ. Sicqꝫ q̇libet hō debet
hr̄e ſex ramos honoꝛis ⁊ honeſtatis
Primꝰ ē ramꝰ cogitatiōis iņ̃ ipſiꝰ
vt hō cognoſcat ꝓſentē fragilitatē.
ſtatum ꝓpꝛij defectꝰ. et ſic mūdet cō
ſcientiā ſuā ab opibꝫ moꝛtis. ſic dic̄
apoſtolus. Sup hunc ramuꝫ debet
ſedere auis. q̄ dicitur pauo. q̇ talis
ē naturę. qn̄ de nocte doꝛmit. ⁊ cuꝫ
euigilat cito clamat. qꝛ timet pulcri-
tudinē amiſiſſe. Jta aīa deuota doꝛ
miens ī tenebꝛis huiꝰ coꝛꝑis cū euigi
lat: ſemꝑ dꝫ cogitare ne pulcritudi-
nē ꝑdat. ⁊ ſic ſe humilet. ⁊ dicat cuꝫ
ꝓpheta dauid: Miſerere mei deus:
qm̄ infirmꝰ ſū. Scds ramꝰ huius
arboꝛis. ē cōpaſſionē hr̄e cū ꝓxīo. qꝛ
qn̄ ꝯſiderat ꝙ aliꝰ hō patit̄ dꝫ ei cō
pati. ſic̄ mēbꝝ mēbꝛo. Nā xp̄s ē ca
put nr̄m ⁊ nos inuicē manꝰ eiꝰ. ſicut
dr̄. j. Coꝛ. xij. Sup illa ſedet ſcda
auis q̄ vlula dr̄. q̄ talis ē naturę ꝙ
vbi hō infirmat̄ ibi volat ⁊ clamat.
Jta dꝫ facere homo iuſtꝰ. cū viderit
hoīeꝫ īfirmari ⁊ moꝛi ī peccatꝫ moꝛta
libꝰ dꝫ ſibi appꝛopinq̄re ⁊ ꝓ eo oꝛa-
re vt deꝰ eū ꝯuertat a peccatꝫ moꝛta
libꝰ. Unde Jac. v. Oꝛate ꝓ inuicē
vt ſaluemini. Tertiꝰ ramꝰ virtutū
ē patiētia. Nā aīa ſe cognoſcēs ꝓxi
mo compatiēs. ex tūc ꝑfectioꝛ erit ſi
oēs tribulatiōes q̄s mūdꝰ. diabolꝰ.
⁊ ꝓximꝰ poſſunt ſibi inferre ſuſtinet
patienter. Unde chꝛiſtꝰ in euange-
lio ait Luc. xxi. Jn patientia veſtra
poſſidebitis aīas vr̄as. Super hūc

ramū ſedet tertia auis q̄ dī cygnꝰ. q̄. talis eſt naturę. qn̄ morti appropinquat tūc dulciter cātat. Ita homo iuſtꝰ. q̄ expectat futurā gliam: et ſcit ſe ſecurꝫ. qn̄ mors naturalr̄ venit tūc gaudet Unde ad Phil. p̄. Cupio diſſolui ⁊ eē cū chriſto. Quartꝰ ramus ē grāꝝactio. Naꝫ qn̄ aīa conſiderat tāta bn̄ficia q̄ recepit a deo ꝙ ipſā creauit. redemit. ⁊ dominā mūdi fecit. ⁊ reginā cęli elegit. tunc reddet grāꝝactiones. Un̄ Bern̄. Ingratitudo ē vētus exiccans omnem fontē ⁊ imbrē grē ⁊ mīē. Et ideo dauid dicit in p̄s. Lauda anima mea dn̄m: laudabo dominuꝫ ī vita mea Sup hūc ramū ſedet q̄rta auicula q̄ dī philomena: quę talis ē naturę quāto de mane dies magis appropinquat: tāto dulciꝰ cantat. Ita talis aīa iuſti hoīs: q̄to grā dei magis appropinquat. tanto dulciꝰ laudat. Quītꝰ ramus huius arboris virtutū: eſt deſideriū ęternę vitę. Naꝫ aīa cognoſcēs malū ſtatū huiꝰ mūdi deſiderat magis ęternā vitā q̄ ⁊c̄. Un̄ Augꝰ. Nūq̄ꝫ traxit me boneſtas mūdi huiꝰ. ſꝫ in ō ſtatus mundi mihi apparet eſſe falſitas ⁊ vanitas vt dī Eccs. p̄. Quod conſiderans aīa anhelat ⁊ ſperat ad vitā ęternā oīa terrena ꝯculcando. Sup hunc ramū ſedet hyrūdo q̄ ſemꝑ accipit ī aere cibū volādo. Ita talis aīa magis delectatr̄ in cęleſtibꝫ q̄ ī terrenis Un̄ ad Phil. iiȷ. Cōuerſatio nr̄a ē in cęlis. Et ideo dic̄ dauid de illa iuſta aīa. Sicut pullꝰ hyrūdinis ſic clamabo. Sextꝰ ramꝰ huiꝰ arboris ē vīculū diuinū: vbi aīa colligata ē deo ꝑ mortē vt maneat ī deo et deꝰ in ea. Un̄. j. Joh. iiiȷ. Deꝰ charitas ē ⁊ q̄ manet ī charitate ī deo manet. ⁊ deus ī eo. Sup hūc ramū diuini amoris ſedet ſexta auicula q̄ dī columba vel turtur: q̄ talis ē naturę. qn̄ ꝑdit ſociū: tūc aliū nō eligit: ⁊ aquā purā nō bibit. et ſup ramū viridem nō ſedet. Ita aīa deuota exiſtens in diuino amore cū ꝑdit chriſtuꝫ. i. qn̄ grā ꝯtēplationis ſibi ī terdū ſubtrahitur tūc nō bibit aquā huiꝰ mūdi videlꝫ aquā peccati ī delectationibꝫ p̄ſentis vitę: nec ſup ramū viridem ſedet. qꝛ gaudiȷs mūdi n̄ delectatr̄. ſꝫ ſp ꝓ cātu gemitū mittit Et ſic arbor bona cū foliȷs ⁊ ramis v̄tutum bonoꝝ operum fructus bonos facit. Tertio dico ꝙ arbor bona hꝫ flores. i. bonus hō floret ī bona fama. Et iō talis hō aſſimilatr̄ v̄gę aaron q̄ floruit. vt̄ q̄ dī Nūeri. xviȷ. vbi legimꝰ. Qꝛ. xiȷ. genera iſrl̄ ponebāt virgas de amygdalis aridis ī tēplū. et clauſerunt de nocte. et de mane floruit v̄ga aaron: ⁊ vnuſq̄ſqꝫ ſcripſit nomē ſuū ſup virgā ſuā: ⁊ nulla virga niſi virga aaron floruit. Ita ſpiritualiter. xiȷ. ſunt genera ī eccl̄ia ſancta q̄ debēt ſcribere ſup virgas ſuę ꝯſcientię eoꝝ oīa: ⁊ qn̄ mane venit id ē. chriſtꝰ tpe mortꝪ: ſi nō floruit in vita. ī ignem mittetr̄ ſic̄ virgę filioꝝ iſrl̄. q̄ nō floruerunt. Primꝰ ſtatꝰ ī loco chriſti ē papa ⁊ pater totiꝰ eccleſię. cuius ptās ē claudere cęluꝫ ⁊ aperire. Scribat ipſe nomen ſuū. qꝛ pater dī. ſup virgam ſuę conſcientię vtrum ſic ſe habeat in eccleſia quę ē ſibi cōmiſſa: vt inde valeat reddere rationem ſupremo papę in cuius loco ſedet. Et ſi tempore mortꝪ non

floret·in ignē mittet' eternū·ſicut vir ga arida: ⁊ arbor q̄ nō erat florida. Sc̄d's ſtat' eccl'ie eſt cardinaliū·q̄ ſūt ꝯſiliarij pape·et iuuāt eccleſie ꝙ velint ꝯſiliare qđ ſit dignū ⁊ iuſtū ⁊ ꝓ pace. Et ideo vocāt' cardīales· qꝛ ſicut ianua vertit' in cardine. Ita eccl'ia chriſti vertit' ī coꝝ iuuamine· Et ī loco ap'loꝝ ſedent vt ſcribāt et audiant: ut floreāt Et ſi nō·tūc tpe mortꝭ mittēt' in ignē ęt'nū vt arbor arida. Terti' ſtat' eſt epoꝝ q̄bus poſt cardinales cōmiſſa ē eccl'ia· qꝛ cardinales ſemꝑ debēt eſſe cū papa Sic eis cōmiſſū ē cuſtodire regiōes tanq̄ ſūmi paſtores ouiū: vt inde valeāt rōeꝫ reddē ſūmo paſtori· ſcꝫ xp̄o·q̄ dixit Joh.x. Ego ſū paſtor bonus ⁊c. Subſcribāt ipſi noīa ſua ſuꝑ virgā ꝯſcīe coꝝ. Et ſi nō florēt ī fidelitate·tpe mortꝭ mittēt' in ignē ęternū: ſicut lignū aridū. Quart' ſtat' ē abbatum ⁊ ꝑlatoꝝ quibꝫ ab ep̄is ⁊ papa cōmiſſum eſt tanq̄ patribꝫ filijs dei·⁊ abbas dī pater qui hꝫ filios ſuos nutrire cū doctrinis· Et ſcribāt ſuꝑ virgā coꝝ noīa: ſicut p̄ſes vtrū officiū ſibi cōmiſſū bn̄ cuſtodiāt. Si nō florēt·tūc die mortꝭ velut arbor arida mittent' in ignem ęternū. Quītus ſtat' ē religioſoꝝ q̄ ſūt ſub obediētia ſupioꝝ·q̄ vouēt deo ⁊ ſuis ꝑlatis tria·ſcꝫ volūtariaꝫ pauptatē·caſtitatē· ⁊ obedientiam Supſcribant ⁊ ipſi vtrū hec bn̄ ſeruauerūt ſic ꝓmiſerūt. Et ſi nō·certe de mane·i·tpe mortis mittēt' velut arbor arida in ignē ęternū. Sext' ſtatus: eſt p̄ſbyteroꝝ q̄ ſūt ſub ep̄is quia ipſi quondam ſolebant ꝑdicare·confeſſiones audire et baptiſare et alia officia eccleſię gubernare·ſed ipſis cōmiſſum ē illud. Et ideo oportet ꝙ habeāt mundiciā vitę·qꝛ oīa munda mūdis ſm̄ noticiā ꝯſciētię. Unde dicit dominus. Vos q̄ non habetis ſcientiā nō fruemini officio ſacerdotali. Item debēt dare exemplum vt ſimplices nō ſcandalizent'. Sic dī de eis Mat.v. Vos eſtis lux mūdi. Sicut cū cęc' cęcū ducit· qꝛ p̄ſbyter cęcus nō cognoſcēs ſanctitatem ducit cęcum·i· ſimplicem ī iniq̄tateꝫ. Et ergo ſcribāt ⁊ ipſi coꝝ noīa ſuꝑ virgā ꝯſcientię·ſi nō floret tunc manet arida: ⁊ in die mortꝭ mittetur in ignē ęternū velut arbor arida. Septimus ſtat' ē imperatoris: cui cōmiſſus ē a deo gladi' tēporalis. Un̄ chriſto ī cęna ipſi diſcipuli dixerunt: Ecce duo gladij h̄. Reſpondit: Satis eſt. Et iſti duo gladij ſunt poteſtates tꝑalis ⁊ ſpiritualis: q̄ꝝ vn' cōmiſſus eſt papę. Iſte impator ſcribat ſuper virgā ſuę cōſcientię·vtruꝫ gladio ſibi commiſſo corrigat corrigēda·quia ſedet in loco chriſti. Si autem non floret ī virtutibus ſibi commiſſis·mane·id eſt· tempore mortis mittetur in ignem ęternum velut arbor arida. Octauus ſtatus in eccleſia eſt ſtatus regum qui ſūt ſub imperatore. Et dicuntur reges: quia debent eccleſiaꝫ regere in pace et ſapientia·ideo portant coronas aureas. Et ſcribāt nomina ſua ſuper virgam conſcientię· vtrum floreāt ſicut cōmiſſum eſt eis· Si nō·tunc ſicut arbor arida ī ignē ęternum mittentur·et perdent coronam glorię. Vn̄ Threū·v. Cecidit corona capitis noſtri; vę nob quia

nuncios remiſit vacuos. Et ideo iratꝰ dauid: promiſit ꝙ vellet ipſuꝫ occidē. ex q̊ noluit ſibi ſubuenire d̾ illo bono qđ habuit ab eo. Ita ſpiritualiter oīa bona q̄ habemꝰ veluti res tēpotales. habemꝰ a deo tanq̄ꝫ a dn̄o. ⁊ mittit nob̄ quotidie nūcios ſuos vł̄ ſeruos ſuos. id ē. religioſos mendicantes. ⁊ ſuos paupes tanq̄ꝫ ꝓprios filios. Qui illos q̄ necant. et ad chriſtuꝫ vacuos mittūt. tunc eis iraſcit̾ ⁊ ꝓmittit deus ęternā mortē Vn̄ Mat. xxv. Qđ vni ex minimis meis feciſtis m̄ feciſt̄. Ite maledicti ī ignē ęt̃nū ꝛc. Et iō cogitemꝰ ad reddendū rationeꝫ vt poſt mortem ſecuri ſtemus. et ſic pꝫ tertium.

Quarto dico ꝙ oportet nos reddere rationē de bonis glorię q̄ nob̄ ꝓmiſit. vt illa nō amittamꝰ. Vnde ps̄. Credo videre bona dn̄i ī terra viuētium. Et iſta bona cęleſtia glorię amittimus ꝑ peccata. ⁊ adquirimus ꝑ bona opera. Ecc̄i xxxi. Qui potuit tranſgredi: ⁊ nō eſt tranſgreſſus. ⁊ facē mala: ⁊ nō fecit Ideo ſtabilita ſunt bona illius et bona opa eius laudāt oēs angeli. et oīs eccl̄ia ſāctoꝝ. Et illa amittimꝰ ꝑ peccata: recupamus in pęnitētia. Ita ꝙ nobis dn̄s reſtituat oīa. vt patet in figura Gen̄. xxxvij. Ioſeph erat cuꝫ fratribus. ⁊ quęſiuit eſcam vt ɂſolaretur eos. ⁊ portaret eis ad comedēdum. ſed fratres ſui reddebāt mala ꝓ bonis: male tractantes euꝫ. ⁊ vendētes eum. Et poſtea factus ē dn̄s magnus ſuper omne regnū ęgyptiorum. Et fratres ſui venerūt ⁊ ſe humiliauerūt ⁊ adorauerūt ⁊ rogauerunt eum: vt paſceret illos. Ipſe xo videns eorum humilitatem dimiſit oēs inuidias: ⁊ dedit eis ī regno ſuo multa bona ⁊ poſſeſſiones ⁊ omnia quę deſiderabāt. Ita ſpiritualiter. dn̄s noſter quęſiuit nos in hoc mūdo triginta tribꝫ annis: ⁊ multa bona cęleſtia nob̄ ɂtulit in ſanando et redimendo. ſed nos dedimus mala terrena ꝓ cęleſtibꝰ bonis. Nos enī vendimus eum in hoc mundo pro xxx. denarijs. ſed ipſe eſt ita bonus. s quo oīa bona ꝓcedunt. ꝙ ſi rogemus euꝫ ⁊ humiliemus nos. nunq̄ꝫ recordabit̾ īiuriā. ꝫ m̄lta bona nob̄ cōferet: et cęleſtia glorię dabit nob̄ mānſiones. ſicut ioſeph fratribꝫ ſuis: inter choros angeloꝝ. Vnde dicit̾ Ioh. xiiij. In domo patris mei multę manſiones ſunt. Et oīa q̄ deſideramus ibi nob̄ miniſtrabit. Et ideo de illis bonis amiſſis ꝑ peccata nr̄a recupemus ꝑ pęnitentiaꝫ. Oportet enī nos reddere rōneꝫ de bonis naturę q̄ ſūt fortitudo. pulcritudo. ⁊ d̾ bonis gratię quę ſunt ſapiētia. ſciētia. ⁊ intellectus. ⁊ de bonis ſubſtantię q̄ ſunt diuitię. delitię. ⁊ de bonis glię q̄ ſunt manſiones ęternę

Dn̄ica. x. Dū clamarem Sermo. li.

Idēs ieſus ciuitatem fleuit ſuper illaꝫ Luc. xix. **Nota** ꝓpter peccata hominū tria mala īuenit homo. **Primum** eſt in aīa. ⁊ hoc inducit maculam ⁊ deformitatē in ira dei. Vn̄ Eph. ij. Omnes filij ire eramꝰ ꝓpter peccata. **Secundum** malum eſt

in intellectu· ita ꝙ hõ intrat ĩ igno-
rantiã. Unde Sap. Inſipiens fa-
ctum eſt cor meũ. Tertiũ malũ eſt
in corpe· et hoc inducit infirmitatez
ꝛ tandẽ mortẽ acutiſſimã. Sꝫ venit
chriſtus cõpatiens hũane nature tres
medicinas nob cõtulit ꝯtra tria ſu-
pradicta. Nam pmo ꝯ peccatũ re-
miſſionem peccatoꝝ. Unde apl's: Re
mittunt vobis peccata via p nomẽ
ipſius. Sedo ꝯtra fatigationem
pene corpoꝝ noſtroꝝ ſuã paſſionẽ.
Unde Ro. viij. Chriſtus de peccato
dãnauit peccatũ· vel peccata dimi-
nuit· i· penã· quã ſuſtinuit Tertio
eruditionez ſcientie rationem deco-
rantem cõtra ignorantiam. Unde
Joh. viij. Quecũqꝫ audiui a patre
meo nota feci vob. Et ꝯſiderãs cõ-
patiebat hũane nature flendo non p
eo ſꝫ p nobis· Et h oñdit ĩ euãgelio

Uidens Jeſus ciuitatẽ
fleuit ſup illaz qui cum
diſciplis appropinquauit
ibi: veniẽs d galilea· ꝛ dixit
Si cognouiſſes tu hõ qui
habitas in illa q nũc tibi ſũt
in pace abſcõdita ab oculis
rationis tue merito fleres·
quia venẽt dies in te· et cir-
cumdabũt te inimici tui vn-
diqꝫ et ad terraz pſternẽt te·
et coangaſtabũt te· et filios
tuos q ĩ te ſunt occidẽt ꝛ nõ
relinquẽt in te lapidẽ ſuper
lapidez eo ꝙ non cognoui-
ſti tempus viſitationis tue
ꝙ filius dei venit de celo vi
ſitãs te· ꝛ docuit. Et itrauit
ciuitatẽ· ꝛ venit in tẽplum ꝛ
cepit eijcere vẽdẽtes ꝛ emẽ-
tes· dicẽs illis: Domus mea
domus orõnis vocabitur·
vos aũt feciſtis illã ſpelun-
cã latronũ· et erat quotidie
docens in templo. Et ſic patz
euãgeliũ. Ergo ad thema. Et iſta
q p dixit verificabãt poſt aſcẽſionez
dñi ad. xl. annos· patienter expecta-
uit vt agerẽt penitẽtiaz p peccato ꝙ
chriſtũ occiderũt ĩ cruce. Sꝫ ex quo
nõ egerũt penitẽtiã· ſꝫ in peccatis p-
mãſerũt· miſit titũ ꝛ veſpaſianũ im-
peratores romanos qui obſederãt
hierlm ciuitatem· ꝛ tota regio ꝯflue-
bat ad eam· ꝛ ita circũdabãt eam ꝙ
multi hoĩes mortui ſunt fame. Ita
magna fames erat in ea: vt vna mu-
lier iugulauit ſuũ ppriuz filiũ ꝛ aſſa-
uit: ꝛ comedit· qd erat ꝯtra naturã·
et deſtruxerunt eã ꝙ nõ mãſit lapis
ſup lapidẽ· ꝛ multa milia hoĩuz gla
dio perierũt· ꝛ multa milia iudeorũ
vẽdiderũt· dãtes. xxx. iudeos p vno
argenteo· et ſic verificata erat ꝓphe-
tia chriſti huius euangelij. Nota ꝙ
qttuor ſunt ciuitates ĩ qbus habitãt
oẽs creature. Prima ẽ ciuitas hu
ius mũdi q ẽ plena fraude ꝛ dolo et
iniqtate. Unde ps. Uidi iniqtatẽ et
ꝯtradictionẽ ĩ ciuitate. Die ꝛ nocte
circũdabat eã iniqtas· nõ defecit d
plateis eius vſura ꝛ dolus. Illa autẽ
ciuitas ſicut miſerabilit edificatur·
ita miſerabiliter ꝯſumit ꝛ deſtruit ĩ
die iudicij. Huius legim figurã Jo-
ſue. vj. Cũ eni filij iſrl venerũt ante
hiericho· et hiericho erat circũdata
muro magno et alto. Tunc Joſue
miſit ſeptez ſacerdotes cũ tub q ſep-
ties circũibant ciuitatem cum tubis
ſonantibus· et ceciderunt muri· ac

ciuitas deſtruit᷑· et oīs pplˢ īterficit᷑ a maiore vſqȝ ad minorē. Ita ſpiritualiter· p̄ hiericho q̄ īterp̄tat᷑ luna· nota p̄ſentē mūdū: q̄ mutat᷑ ut luna Sȝ Ioſue·i·chrilrꝰ cū ſeptem ſacerdotibꝰ ſāctis circuīt· et ſeptima vice corruit ciuitas· ⁊ muri huiꝰ mūdi deſtruunt᷑. Primꝰ ſūmꝰ ſacerdos ē chriſtꝰ q̄ v̄bo ſue p̄dicatiōis vt tuba canebat ſuper hanc ciuitatē mūdi iſtud Matth. iij. Oīs arbor q̄ nō facit fructū bonū excidet᷑. Scd̄s ſacerdos fuit Iohēs baptiſta qui circuībat canens voce tubali dicens: Pn̄iā agite· appinq̄t enī regnū celoꝝ·i· dei Mat. iij. Tertiꝰ fuit nūs xij apl̄oꝝ· q̄bꝰ ait: Ite in orbē vniūſū p̄dicate euāgeliū oī creature. Qui crediderit ⁊c. Mar. xvi. Quartꝰ ſacerdos ē numerꝰ .lxxij. diſcipuloꝝ Vn̄ Luc. x. Miſit eos binos ī oēs ciuitatē añ cū· ð quoꝝ numero fuit lucas· marcus· cleophas· et iuſti alij q̄ p̄dicabāt diē iudicij· ⁊ iuſta bona Quintꝰ ſacerdos ē numerus p̄dicatoꝝ: qui p̄dicāt in plateis mundi Quibꝰ ait dn̄s vnicuiq̄ veſtꝝ. Clama ne ceſſes q̄ſi tuba exalta vocē· et annūcia pp̄lo meo ſcelera eoꝝ· ⁊ domui iacob peccata eoꝝ. Sextꝰ ſacerdos eſt helias: ⁊ coadiutor eius enoch· q̄ ī paradiſo terreſtri viuere debēt vſq̄ ī diē iudicij. Et tunc p̄dicabūt tp̄e antichriſti· et occident᷑ in plateis hieruſalem· vt p̄z Dan. xij Septimꝰ ſacerdos ē ordo canentiū ſup̄ ciuitatē mūdi cū tuba· ſicut angeli ī die iudicij· vt dr̄ .j. Coꝝ. xv Canet enī tuba: ⁊ mortui reſurgent īcorrupti. Vn̄ Mat. xxv. Venite mortui ad iudiciū. Et tūc muri ciuitatis mūdi corruūt· et omnis pplˢ mundi morit᷑· et oīs creatura q̄ vixit ad h̄ tp̄s in hac ciuitate. Ergo dn̄s vidēs ciuitatē fleuit ſup̄ illā·i· p̄ſentem mundū. Scd̄a ciuitas ē ↄſciētia ī q̄ habitat aīa velut rex ī ſua ciuitate Et h̄ ciuitas ſanctificatur ī baptiſmo. Vn̄ Eccl. xxiiij. In ciuitate ſanctificata ſiliter requieui. Muri eiꝰ ſunt cuſtodia angeloꝝ. Porte ſunt q̄uq̄ ſenſus corꝑis· ↄciues aīe ſūt memoria· voluntas· et ītellectus Sȝ hec ciuitas ſepe capit᷑ ⁊ deſtruit᷑ De q̊ legimus Iudic. xx. Familia beniamin habitabat ī vna ciuitate ⁊ venerūt hoſtes dicētes ſocijs ſuis Nos intrabimus ciuitatem: et vos manebitis in inſidijs: cum videritis fumū occurrite· q2 apprehendimꝰ ciuitatē. Sic q̄n fumū viderūt occurrerunt ⁊ ciuitatē deſtruxerūt ⁊ obtinuerunt. Ita ſpiritualiter· ciuitas h̄ ē ↄſciētia· vbi habitāt filij dei et nō cuſtodiūt ciuitatē bene. Veneruīt ḡ inſidiatores·i· demones per malas cogitatiōes· ⁊ dicūt ſocijs ſuis alijs diabolis: Nos ītrabimꝰ ciuitatem ↄſciētie p̄ malas cogitationes· et cū videritis fumū ·i· ↄſenſū p̄ exteriorē apparētiā. Nā interdū cogitatiōes male ab extra apparēt p̄ geſta· ⁊ tūc diaboli occurrunt adimplere opꝰ· ⁊ ſic occidunt aīaȝ cū virtutibꝰ ſuis: q2 ſic apparet malus fumꝰ male conſciētie· qui ſurgit ex ſuccenſu ciuitatis male cōcupiſcētie. Unde Orige. O ignis luxurie cuiꝰ ſcintilla ſūt praua eloquia· cuius flāma ē ſup̄bia· cuiꝰ cinis eſt inopia· cuius finis eſt mors eterna. Ergo fleuit ſuper ciuitatem Tertia ciuitas ē inferni. De qua

di Apoc.xvi. Ciuitas babylon ve
nit i memoriã añ deũ. ⁊ dedit ei ca/
licem vini ire ⁊ indignationis. ⁊ ma
ledixit inhabitãtib⁹ i ea oĩb⁹. Ciui/
tas babylonis ẽ infern⁹: cui dñs ma
ledixit. ⁊ oĩb⁹ habitãtib⁹ i ea. Iſta
ciuitas hʒ plures plateas miſerie et
penaꝝ. Prima platea ẽ tenebra/
rũ. Job.x. Dimitte me vt plangam
paululũ dolorẽ meũ: añq̃ꝫ vadã ad
terrã tenebroſaʒ ⁊ miſerie. vbi null⁹
ordo. ſʒ ſempitn⁹ horror inhabitat
Scda platea ſulphuris ⁊ fetoris
Vñ ps. Vt intuʒ plateaꝝ delebo
eos. Iteʒ in ps. Pluit ſup pctõres
laqueos ignis. ſulphur ſpũs pcel/
laꝝ ps calicis eoꝝ. Iteʒ Eſa.xxxiiij
De cadaueribus dãnatorũ aſcendit
fetor. Tertia platea eſt ignis et ar
doris. Vñ ps. Ignis in furore meo
exardeſcet. ⁊ ardebit vſq̃ꝫ ad infernũ
nouiſſima. Quarta platea eſt fri/
goris ⁊ niuis. Vñ Job.xxiiij Ducẽ
tur de aq̃s niuiũ i caloreʒ nimiũ: vt
pene augmẽtent. Quinta platea
ẽ viſio demonũ horribiliũ. Amos.
v. In plateis eoꝝ erit planct⁹ magn⁹
⁊ vlulat⁹. Sexta platea erit eſu/
ries. Vnde Eſa.lxv. Serui mei co
medẽt. ⁊ vos eſurietis Septima
platea ẽ ſitis. ut Luc.xvi. de diuite
Mitte lazarũ vt itingat extremum
digiti i aquaʒ. vt refrigeret me i lin/
gua. In his plateis inferni mlti ibi/
dem cruciant. Ideo videns ieſus ci/
uitatẽ fleuit ſup illã. Quarta ciui
tas ẽ celi. De q̃ Joh. Apoc.xxj Vi/
di ciuitatẽ ſanctã hierlm nouaʒ de/
ſcẽdentẽ d celo ⁊c. Hec hʒ ſeptẽ pla
teas in quibus ẽ gaudium ⁊ leticia
Prima platea ẽ ſplẽdidiſſime or

dinata. Nã ipſã ciuitatem edificat
altiſſim⁹ rex ſibi ⁊ ſuis amicis in de/
corẽ. vnde ſternet auro mũdiſſimo
lapidib⁹ pcioſis. ſapphyro. carbũcu
lo. ⁊ ſmaragdo. Scdo in plateis
hierlm ſupne ſanant oĩa corpa glo
rioſiſſime electoꝝ i glorificatione q
ampl⁹ nunq̃ꝫ infirmãt. Naʒ legim⁹
Act.v. de ſctõ petro q credẽtes po/
nebãt ifirmos i plateis ciuitatꝫ ⁊ vm
bra q̃ ſup eos venit de ſancto petro
ſanauit eos: quanto magꝫ vmbram
oĩpotentis dei plaſmatoris oĩuʒ re/
rũ. ⁊ p aſpectũ ſũmi regis oẽs ſanãt
Tertio i platea hui⁹ ciuitatꝫ coro/
nabimur glorioſiſſime. Vñ legim⁹
Heſter.iiij. q rex aſſuer⁹ fecit hoĩeʒ
quẽ diligebat coronari ⁊ honorari i
oĩb⁹ plateis ciuitatꝫ. Ita chriſt⁹ oẽs
diligẽtes euʒ. Quarto i hac pla
tea ciuitatꝫ celi letiſſime gaudebim⁹
q2 ibi piugati iuſti ⁊ boni. vidẽt eoꝝ
pueros corã deo exaltatos. aliq̃s in
officio papat⁹. epat⁹. pſbyteratus.
aliq̃s vidẽt cũ angelis ludere i pla/
teis hierlm ciuitatis ſuperne. Unde
Zach. viij. Platee ciuitatꝫ iplebũ/
tur infantib⁹ ⁊ puellis ludẽtib⁹. ⁊ ſe
nes. i. piugati ꝯgratulati ſũt de fru/
ctib⁹. i. de pueris. q̃s ibi vidẽt in di
gnitate. Quinto in hac platea ce
leſtis ciuitatꝫ laudabit de⁹ glorioſiſ/
ſime. Vñ ps. Ciuitas hierlm lau/
da dñm deũ tuũ ſion ciuitas ſacta.
qm̃ ꝯfortauit ſeras portaꝝ ⁊c. Se
xto i platea ciuitatis ſupne cogno
ſcimus deuʒ ſplendidiſſime. Vñ.j.
Coꝝ.xiij. Nũc videm⁹ p ſpeculũ. i. i
obſcuritate ⁊ enigmate. tũc autẽ vi/
debim⁹ facie ad faciẽ. Item Cant.
iij. Egredimini filie ſion videte regẽ

in decore. Septimo ī platea hac fruimur deo dulcissimo. Unde ps Gustate ⁊ videte qm̄ suauis ē dñs: beat⁹ vir q̄ sperat ī eo. Ideo ait ps. Mihi adherere deo meo bonū ē. et ponē i eo spez meā. Tūc ī illa ciuitate possū cū sanctis electis ⁊ angelis suis ipsū eternalit' laudare: Ergo vidēs ciuitatē ꝯsciētie destructā fleuit sup illā. Uidit ciuitatē hui⁹ mūdi ī die iudicij destructā. ⁊ fleuit sup illam. vidit ciuitatez inferni vbi damnati punientur: fleuit super illā. Et vidit ciuitatem celi ⁊ gauisus est super illam. Ad quam. ⁊c.

Dominica. xi.
Sermo. lij.

Qui se humiliat exaltabitur Luc. xviij

Nota q̄ supbia ē in eternū vitiū detestabile coram deo ⁊ hominib⁹. Prou. viij. Supbiam ⁊ arrogātiā eorū detestabor. Et hoc ꝓpter tria Primo q2 supbia orit' ex inobedientia. vnde inobedientia cordis tui extollit te in supbiaz. Scd'o orit' ex supbia excecatio mētis Tertio orit' ex supbia inuidia. q̄ corā deo et hoīb⁹ odibilis ē. vt dī Eccl. x. Ita ecōuerso d' humilitate tria oriūt' bona pmis contraria. Nam pmo de humilitate oritur obediētia ⁊ subiectionis reuerētia. Unde Geñ. xvi. Uenit agar ancilla ⁊ humiliauit se corā dño Scd'o orit' de humilitate ītellect⁹ cognitiōis. Uñ Prou. xj. Ubi humilitas ibi sapientia. Tertio d' humilitate orit' charitas q̄ expellit inuidiā. Uñ Jacobi. iiij. De⁹ resistit supbis. et humilib⁹ dat gloriaz. grām ⁊ charitatē. Et h̄ sex ostēdunt' in h̄ euāgelio. Tres species superbie de pharisęo q̄ superbe ītrauit tēplum gloriādo inaniter de bonis. Et tres species bonitatis. scz humilitatis de publicano q̄ percussit pectus suū: et noluit oculos leuare. qd̄ pz in euāgelio hodierno.

Dixit Jesus ad quosdā q̄ in se cōfidebāt tanq̄ iusti. ⁊ aspernabāt' ceteros parabolaz hāc. Duo hoīes ascenderūt in tēplū vt orarent. vnus phariseus et alter publicanus. Phariseus stās apud se orabat. Deus grās tibi ago. q2 nō sū sicut ceteri hoīes. raptores iniusti. adulteri. velut etiam hic publican⁹ Ieiuno bis ī sabbato. Decimas do de oīb⁹ q̄ possideo. Et publicanus a longe stans et noluit oculos leuare ī celuz. q2 reputabat se indignū coraz deo et angelis. sz pcutiēs pectus suū dixit: De⁹ ꝓpitius esto mihi peccatori. hoc de intima cordis contritione dixit Ecce iste prim⁹ inanit sicut fuit. gloriādo eni de bonis suis orauit. sz iste scz publicanus obtinuit remissionē oīuz peccatorū. Uñ ait dominus: Amen dico vobis. q2 hic descēdit iustificatus. id ē mundus ab omni peccato in domū suaz. Et ideo ait cōcludendo istā pabolā nobis in exēpluz: Ita dico

vobis: qui ſe exaltat humi-
liabitur ꝑ deiectionē ī futu-
ra vita. Et q̄ ſe humiliat exal
tabitur in eterna vita. Et ſic
ptz euāgeliū. Quo ad thema: Qui
ſe humiliat exaltabit᷑ Nota ꝙ ve-
ra humilitas ī q̄ttuoꝛ recommēdat᷑
Primo ī naturis. Scđo ī lapidibꝫ
Tertio ī picturis. Quarto ī ſcripturis.
Primo dico ꝙ vera hūilitas cō-
mendat᷑ in naturis. ⁊ ꝑmo ī quodā
floꝛe. ſcꝫ viola q̄ ē ꝑuus flos ⁊ primꝰ
inter floꝛes nūciās eſtatē. Ita humi
litas inter ceteras virtutes eſt ꝑma.
quia ſicut ſuꝑbia ē radix vitioꝛum.
Ita humilitas radix virtutū. Item
hūilitas ē ſic̄ ꝑua auis roſtrū hñs et
duas alas et caudā. Ita humilitas
hꝫ os ſp̄ ad laudandū deū. Unde
ps. Lauda aīa mea dñm. Habet
duas alas ad celeſtia ɔtēplādū ⁊ d̾
terrenis volandū. Habet caudam
ꝑuulā ad moꝛtis memoriā. Itē com-
parat᷑ in naturis rerū ſtelle. Nā ſtel-
la apparet ꝑua. tñ dicūt naturales
ꝙ ſtella ſit maioꝛ tota t̄ra. Et dicit᷑
Eccl. l. de hūili homine: Quaſi ſtel
la matutina ī medio nebule. ⁊ quaſi
ſol ī meridie. ⁊ q̄ſi luna plena. ita re
fulget hūilitas ī eccl̄ia dei. Scđo
hūilitas ī naturis rerū cōꝑat᷑ lapidi
bus p̄cioſis. Primo amethiſto q̄
talis ē nature ꝙ reprimit ebrietatē.
et inducit ſobrietatē. ſic hūilitas re-
ꝑmit ſuꝑbiā q̄ ſe hūiliat ambitioſe
Unde ſuperbus eſt q̄ſi ebrius igno-
rans ſeipſū. Unde Johel. p̄. Exper
giſcimini ebrij a vino ſuperbie. Se
cūdo hūilitas cōꝑat᷑ iaſpidi q̄ fu-
gat fantaſmata. ſic hūilitas trāſito-
ria q̄ ſūt ſic̄ ſōnia. q̄ d᷑ Eccl. xxxiiij.
d̾ ſuperbo. Coꝛ tuū fantaſias patit᷑
Tertio hūilitas cōꝑat᷑ ſapphyro.
Nā ſic̄ ſapphyrꝰ reprimit tumoꝛes.
ita humilitas irā. Unū. j. Coꝛ. viij
Hūilitas nō inflat᷑. Quarto hu-
militas ē ſicut onychinꝰ. Nā ſic̄ iſte
lapis facit hoīeꝫ foꝛtē. ſic humilitas
reddit hoīem foꝛtē ɔ ipſū diabolū.
vt ptz de Dauid. j. Reg. xvj. Ubi
ſamuel venit ad ieſſe: q̄ habuit octo
filios. de his nullū elegit niſi illuꝫ q̄
fuit deſpectꝰ ⁊ hūilis. ſcꝫ dauid. ⁊ il
le vicit leonē. vꝛſū. ⁊ goliā. Ita hu-
militas vincit diabolum. mūduꝫ. et
ꝓpriā carnē. ⁊ ideo fuit exaltatꝰ ſuꝑ
oēs fratres. Ergo q̄ ſe humiliat exal
tabit᷑. Tertio dico ꝙ vera humili-
tas cōmendat᷑ in picturis. Nā legit᷑
ꝙ romani depingebāt hūilitatē ad
modum hominis. caput inclinatis:
cū nigris veſtibꝫ. ad ambulandum
cū baculo ⁊ ad ſeruiēduꝫ. Sic ad
ꝓpoſituꝫ. vera humilitas debet hr̄e
q̄ttuoꝛ cōditiōes bonas. Prima
ɔditio ꝙ humilis ſe vilē ſemꝑ velit
reputare ī ꝑſona. q̄uis ſit pulcer.
iuſtus. ⁊ nobilis. vt patet de dauid
qui fuit pulcer: tñ reputauit ſe velut
canem moꝛtuum moꝛdere nolētē. ut
vt patꝫ. j. Reg. xxiiij. qñ ipſuꝫ ſaul
ꝑſeq̄bat᷑. Ideo imago īclinauit ca
put ſuū. Secūda ɔditio ē ꝙ ve-
rus humilis dꝫ ſe reputare exulē in
ɔſciētia. et paratū ī oībꝫ mādatis dei
q̄ ad deū ꝑtinēt. Et dicat iſtud ps.
Paratꝰ ſū ⁊ nō ſū turbatꝰ. iō pōit᷑ cū
baculo ad ābulandū. Tertia ɔdi-
tio dꝫ eſſe ꝙ verus humilis ſe ſemꝑ
oſtēdat deſpectū. vt ptz in Euāge-
lio. quia a longe ſtetit ⁊ reputauit ſe
indignū oculos leuare ad dominū.

ideo imago habuit nigra veſtimēta. **Quarta** cōditio vere hūilitatis. ꝙ humilis ſe ſemꝑ reputet ad ſuiēdū aliis: q̄ſi de iure teneat. tñ nō ꝑtinet ſibi ad ſeruiendū interdū. vt ꝑ3 de chriſto dño nr̄o. qui fuit magiſter ⁊ dñs. et tñ ſeruiuit ſuis diſcipulis. lauādo pedes eoꝝ. Vñ Mat. xi. Diſcite a me. quia mitis ſum ⁊ humilis corde. ⁊ ſic ꝑ3 ſcd3. ꝙ vera hūilitas cōmēdat̄ i picturis. Si eñi romani q̄ erāt pagani ſic depingebāt hūilitatem. quāto magis nos chriſtiani. **Quarto** dico ꝙ hūilitas cōmēdat̄ i ſcripturis. Nā ſacra ſcrīptura cōmēdat hūilitatē. ⁊ vituꝑat ſuꝑbia3 q̄ ē ſua ɔ̄ria. et ideo hūilitas meliorē ꝑtē elegit q̄3 ſua ɔ̄ria Nā ſuꝑbia elegit qð ē ex̄. vt hypocrite. d̄ q̄bus dic̄ ſcrip̄ta Mat. xxiii Amāt ꝑmas ſedes i ſynagogis. ſalutatiōes i foro. ad oīb⁹ vocari rabbi: qð ē magiſter ⁊ tñ intus ē vacu⁹. ⁊ ſolū q̄rit qð eſt extra. S3 ecōuerſo hūilitas cū ſua ɔ̄ria diuidēs. eligit ꝑtē meliore3 ſ3 ītra. Vnde. ii. Coꝝ. i. Nā glīa nr̄a h̄ē. teſtimoniū ɔſciētie nr̄e. ⁊ deus vidit i abſcondito cogitationes hominū. Itē ſuꝑbia eligit corticē. ſed hūilitas nucleū: vt in de de⁹ honoret̄ ⁊ ꝓxim⁹ edificet̄. Ite3 ſuꝑbia eligit paleas vane glīe. ſ3 hūilitas eligit g̃nū vt colūba. Vnde dr̄ Cant. iiii Aīa hūilis q̄ſi oculi colūbarū ſuper aquarū riuos. Itē ſuꝑbia eligit florē. ſ3 hūilitas fructū. Vnde Cant. ii. Fructus eius dulcis gutturi meo. Itē ſuꝑbia eligit mōtē eleuatiōis: ſ3 hūilitas eligit vallē deꝑſſionis. et hūilitas meliorē ꝑtē habebit. q2 mōtes ſūt aridi. mōtes ſūt duri. mōtes tēpeſtuoſi. Itē ſuꝑbi nūc aridi ſūt i deuotiōe. nūc duri i ꝓximi cōpaſſione. nūc ſteriles i bonoꝝ operū fructificatiōe. ⁊ mōtes ſūt tēpeſtuoſi in varia tēptatiōe. S3 ecōtrario valles ſūt tute ⁊ molles. Ita hūiles ſūt irrigui i lachrymaꝝ effuſiōe. ſūt fructuoſi i bonoꝝ opeꝝ fructificatiōe: ſūt molles i ꝓximi cōpaſſione. ſunt tranq̄lli in pacis ꝑturbatione. Vñ videm⁹ q̄ñ aq̄ fluit. tūc fluit d̄ mōtibus i vallē. ſic grā diuina in corda hoīu3 hūiliū. Vñ Greg⁹. Quāto arbor altior: tāto mor⁹ ꝓnior ⁊ q̄nto arbor ꝓfūdior: tāto firmior. Ita humilis: q̄nto ꝓfūdior ſtat i hūilitate. tāto ſecurior a tēpeſtate hui⁹ mūdi. Ergo ad thema. Qui humiliat ⁊c̄. **Quīto** cōmēdat̄ hūilitas i figuris q2 ſuꝑbia gerit figurā oīu3 vitioꝝ. Eſt eñi ſic̄ rex q̄ non venit ſol⁹. ſ3 q̄ñ ſuꝑbia venit in cor hoīs plura pctā ſequuntur. ſc3 auaricia. accidia ⁊c̄. Ideo dic̄ poeta. ſi tibi grā ſi ſapiā formaq3 det̄. Sola ſuꝑbia deſtruit oīa ſi comitet̄. Vñ videm⁹ ꝑ experiētiā q̄ñ aliq̄s vult vas aliqð frangere iactādo ad terram ꝑmo eleuat. Quāto eñi alti⁹ eleuat. tāto grani⁹ cadit. Ita diabolus q̄ñ vult hoīem frāgere i oīb⁹ virtutib⁹ deſtruendo. primo ipſū eleuat i ſuꝑbia. Itē diabol⁹ fac̄ ſic̄ cornicula q̄ q̄ñ ñ pōt frāgere nucē. volat i altū ⁊ ꝓmittit cadere ſuꝑ lapidē vt ſaltē ꝑ caſū frangat. quā nō potuit roſtro frangere. Ita diabol⁹ quē nō pōt frangere in hūilitate. ducit in altū ſuꝑbie ⁊ honoris hui⁹ mūdi. vt cadat ſuꝑ lapidē. vt peccet i chriſtū ieſū q̄ eſt lapis fundamēti toti⁹ ecclie. Vnde apl's

j. Cor. x. Petra aūt erat christ⁹. Itē videm⁹ ꝙ multi ſunt ſimplices ⁊ humiles. ꝟ ſi eleuāt᷑ ad honores mutāt mores. Vñ quantūcūqꝫ fuerit bonis vilis et deſpecta. ſi nola pendit᷑ ad collū: ſemꝑ nitit᷑ ꝓcedē alias oues. ⁊ reputat ſe meliorē. Ita quātūcūqꝫ hō hūilis. ſi collo ſuo nola ſupbie appēdit᷑. ſe exaltat. Itē videmus ꝙ ligna putrida et vermes: de nocte ſplēdēt. ⁊ in die nō. hoc ē ī die iudicij qñ orit᷑ ſol iuſticie. Item deſtruit ſepe ſupbia hoīez in corpe. ī aīa. ⁊ ī rebus. Huī⁹ legim⁹ figurā. iiij. Reg. xiiij. Amaſias rex ignobil᷑ ſcpſit ad Joas: Veni ⁊ videam⁹ nos mutuo ⁊ da mihi filiā tuā. Tunc rex iſrl᷑ nobilis ⁊ potēs reſcripſit ei riſorie ī parabolis: Cardo illa herba. ſcpſit cedro ī libano. des mihi filiā tuā. Cedrus de libano venit ⁊ ꝓuocauit in potētia ſua oēs beſtias cāpi. ⁊ pculcauerūt cardinē. ⁊ ad nihilū redact⁹ ē cardo. Et iſtā parabolā reſcripſit vt attēderet de ſua ſupbia. ꝟ noluit adq̄ſcere. Tādē venit rex iſrl᷑ cū potētia magna: ⁊ regionē cardinis deſtruxit. ⁊ ipſū īterfecit. Ita moralit᷑. cardo ē ſupbus hō ſtās in cāpo huius mūdi. Cū enim floret ī fortuna. credit ſe deo aſſimilari. Scribit ergo ad cedrū ī mōte libano. i. ad chriſtū: Da mihi filiā. i. gloriā ī ꝟ mundo. in futurū credēs ꝑ ſupbiā gliaꝫ eternaꝫ adq̄rere. Sꝫ cedrus ꝺ libano. i. chriſt⁹ ꝓuocat oēs beſtias tre. id ē. ſpūs malignos. ⁊ dat eis ptātez vt cardinē ī cāpo ſupbie ſtantē conculcēt: ꝟ ꝑ mortē ⁊ miſeriā. ⁊ ī futuro ꝑ eternā dānationez. Et ideo cōminādo oīb⁹ ſupbia dic᷑ ꝓpha ī pſ. Vos aūt ſicut vn⁹ ꝺ principib⁹ cadetis. q̄ ſicut ille ꝑnceps ſupbus lucifer cecidit. et ille ſupbus Amaſias rex. ita oēs ſupbi. Ideo quo ad thema: Qui ſe humiliat exaltabitur ⁊c.

Dominica. xij.

Sermo. liiij.

Surdos fecit audire

Surdos fecit audire Marc. vij. Nota ꝙ ſicut videm⁹ vnūquodqꝫ op⁹ laudat ſuū factorē. q̄ ſi op⁹ ē bonū tūc q̄ inſpicit dic᷑: O ꝙ̄ bon⁹ ⁊ ſubtilis ē ille artifex q̄ fecit ꝟ op⁹. Sed ſi op⁹ ē nulli⁹ valoris. tunc vituperat ſuū artificem. ita ꝙ q̄ inſpicit dicit: Qualis ignar⁹ fec ꝟ op⁹: Ita chariſſimi tria opa ſubtilia et pulcra q̄ videm⁹ ad oculū laudāt ſuū opificē q̄ eſt de⁹ creator oīuꝫ. Primū eſt op⁹ creatiōis qḋ fecit valde potēter ſcꝫ creando celū ⁊ terrā ⁊ mare. ⁊ mōtes. et oīa q̄ ī eis ſūt. In ꝟ ope latet ſua potētia. Vñ Aug⁹. Si viderē aliquē opificē q̄ tale celū. talē terrā. ⁊ talia q̄ in eis ſunt poſſet facē. vere vellē dicere ꝙ eēt de⁹. Sꝫ ex q̄ nullus hō pōt talia facere: merito dꝫ hō deū laudare. dicens: bene oīa fecit. Scḋm opus ē ordinationis. et ꝟ fecit valde ſubtiliter. ſicut videm⁹ ꝙ ordīauit ſidera ī celo. ⁊ planetas ſolē ⁊ lunā q̄ tenēt curſū ſuū in ſperis ſubtilib⁹ aſcēdētes ⁊ deſcēdētes. eos redeūtes. diē ⁊ noctem. eſtatē ⁊ hyemem. q̄ oīa ſubtilit᷑ ordinauit. [illegible] ps. Benedicite. i. laudate oīa opa dñi dño. laudate ⁊c. Tertium ē op⁹ ſanatiōis. Et ꝟ fec miſericordit᷑. Vnde ad Titū. iij. Nō ex operib⁹ iuſticie q̄ fecimus nos. ſed ſcḋm ſuam miam ſaluos nos fecit de⁹ ꝑ redemptionē ⁊ ſanationeꝫ corpis ⁊ aīe. et

ꝺ hiſ loquit̄ in euāgelio hodierno:
Xiens Jeſus de finib⁹
tri illius regionis·vbi
p̄dicauit·et infirmos ſana-
uit. Et venit p̱ ſidonē p̱ illaꝫ
regionem·et venit ad mare
galileȩ inter medios fines
decapoleoſ·i·decē ciuitatū
quȩ iacuerūt circa illud ma
re. Et cuꝫ ibi venit ad mare
adducūt ei hoīem mutuꝫ et
ſurdum. Et amici eius roga
bant eū vt manuꝫ ſibi impo
nat. Et dominus miſericoꝛ-
dia motus eduxit eū de tur-
ba ſeoꝛſū·i·ſeparatim·ꝛ mi-
ſit digitos in aures eius·et
accepit de ſaliua oꝛis·et te-
tigit linguaꝫ ei9·vnde ſuſpi-
ciens in cȩlum Jeſus ingē-
muit·et ait illi: Effeta·i·ape-
rire·et ſtatim apte ſūt aures
eius·et ſolutū eſt vinculum
linguȩ eius·et loquebat̄ re-
ctȩ Et p̄cepit illis Jeſus ne
alicui diceret. dās nobis ex
emplum: ꝙ de bonis op̱ib⁹
non debem⁹ vanā gloꝛiam
querere. Quāto eis p̄cipie-
bat·tanto plus p̄dicabant·
ꝛ eo magis ammirabāt̄·di-
cētes: Bene oīa fecit·ſurdoſ
fecit audire·ꝛ mutos loqui.
Et ſic p̱ꝫ euāgeliū. Quo ad thema
Surdos fecit audire Nota ꝙ q̄t-
uoꝛ ſūt voces q̄s dꝫ quilibet pecca
toꝛ audire Prima vox ē cōminātiū.
Scđa vox ē p̄dicātiuꝫ. Tertia vox
ē clamātiū. Quarta vox ē reſuſcitā-
tiū. De p̄ma voce dico ꝙ q̄libet pec
catoꝛ dꝫ audire vocē cōminantium
Vñ ps. Vox dñi ſup aq̄s de⁹ ma-
nifeſte venit·aut de⁹ maieſtatꝭ intō-
nuit. Per aq̄s nota p̱plm hui⁹ mun
di·q̄ ſicꝫ aq̄ fluit et refluit die ac no-
cte: ꝛ nūq̄ꝫ q̄eſcit. Ita pp̱ls hui⁹ mun
di·vnus naſcit̄ ali⁹ moꝛit̄· donec re-
uertāt̄ i terrā. Quō aūt dñs aperi-
at aures ſurdoꝛum peccatoꝛum per
vocem comminantem·tāq̄ꝫ vocem
tonitrui magni·p̱ꝫ Apoc.x. Vidi
angelū de cȩlo veniētē ꝛ clamātē·ꝛ
poſtq̄ꝫ clamauit: ſeptē tonitrua de-
derunt voces ſuas. Ita moꝛalit̄ an
gel⁹ ē chꝛiſt⁹ q̄ clamat peccatoꝛibus
vt penitētiā agāt i h̄ mūdo. Et poſt
ipſū clamāt ſeptē voces tonitruoꝝ.
Prima vox tonitrui ē plaga hui⁹
mūdi p̱ famē·p̱ peſtilētiā·ꝛ p̱ guer-
ras·q̄ de cȩlo emittūt̄ ad cōminādū
peccatori. Vñ ps. Eteni ſagittȩ tuȩ
trāſierūt·ꝛ vox tonitrui tui in rota.
Rota ſignificat mūdū: q̄ mund⁹ ad
modū rotȩ voluit̄ i inſtabilitate ſa-
gittȩ ſuȩ: trāſit terram tribulando.
Et vox illi⁹ tonitui ſonat pctōꝛibus
cōminādo. Vñ dicūt naturales ꝙ
oēs creaturȩ timēt tonitruū. Nā pi
ſces vadūt ad p̱fundū maris nō ſe
mouere audētes. Beſtiȩ ſiluaꝝ fugi
unt ad latibula·ꝛ aues ſe abſcōdūt
i cauernis ꝛ ſciſſuris petraꝝ. ſ ſolus
miſer pctōꝛ non audit·nec timet·vt
fugiat a peccato·ꝛ ſic p̱ꝫ p̄ma vox.
Scđa vox tonitrui ē fraus ꝛ dol⁹
ꝛ detractio q̄ iā totā terrā ꝯcutiunt
Vnde Hiere.ix. Oīs amic⁹ fraudu
lenter incedit. De iſta voce tonitrui
dicit Joh. Apoc.xvj. Venit angel⁹
de cȩlo ꝛ miſit voces hoꝛribiles et to
nitrua in terram·et diuiſit terram.
Iſta vox hoꝛribilis eſt fraus ꝛ men-
daciū·q̄ diuiſit terram i tres partes
ſcilicꝫ in iudȩos·paganos·ꝛ malos

chriſtianos·q̇ oēs in fraudē et dolo
viuūt ī terra. Tertia vox tonitrui
ē breuitas vitę. Quāto magꝭ hō dꝫ
timere talē īcertitudinem vitę qꝫ to/
nitrui vocē. Vn̄ Eccl.xl. Subſtan/
tię iniquorū ſic̄ fluui⁹ ſiccabuntur·
Et ſicut tonitruū magnuꝫ diſſipat
pluuiaꝫ·ita breuitas diſſipat oīnes
res tpales: ⁊ corp⁹ ⁊ aīaꝫ quā poſſi/
debat Quarta vox tonitrui ē hor
ribilitas mortis. Nam qn̄ videmus
mori magnū vel maiorē nob·tūc ꝑ/
cutit vox tonitrui ad aures nr̄as di
cens· Ecce ſicut ille morit᷑ tu morieris·
diſpone res tuas·⁊ cū illud tonitruū
ꝑcutit oīa mēbra tāgit Nā occultoſ
videlꝫ neruos in capite. Vnde p̄s.
Dn̄m formidꝯbūt adūſarij eius·et
ſuꝑ ipſos ī cęlo tonabit. Quinta
vox tonitrui ē iudicij ꝓpnitas. Nam
citius venit ad nos dn̄s ī ictu oculi
tꝑe mortis. Vn de Heſter.xi. Vi/
di tonitruū ī ſomnis ita magnū qꝓ
capilli capitis mei horruerūt. Se
xta vox tonitrui ē iudicis ſtrenui/
tas. Vnde Mat.xxv. Cuꝫ venerit
fili⁹ hoīs in ſede maieſtatꝭ ſuę·tunc
tonat vox maieſtatis ſuę terribileꝗ
verbū: Ite maledicti in ignē ęternū.
De iſto tonitruo ait dauid in p̄s.
Tonabit ꝺ cęlo dn̄s ⁊ altiſſim⁹ de/
dit vocē ſuā grādo ⁊ carbōes ignis
Septima vox tonitrui ē pęnaꝝ
ꝑpetuitas q̄ nūqꝫ habebunt finem.
